Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Dietrich Mellmann

Commentatio, Qva Stvdivm Philosophiae Vitae Et Popvlaris Commendatvr Ivrisprvdentiae Cvltoribvs : Dicta Orationis Loco In Templo Academico Kiloniensi A. D. XXXI Maii MDCCLXXXIII Inavgvrando Ivris Vtrivsqve Doctori Ioanni Martino Koester Senatori Wismariensi Amplissimo

Dessawia: In Bibliopolio Ervditorvm, [1783]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0001
DFG

K. K — 1 (41.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0002
DFG

XLI.

Acoluth de Praetore fiscali romano.
Bastineller de jactura dotis pr. malit. desert.
– – – de jure sepulturarum.
Bensen de sublocatione.
Bothe ad l. 4. C. qui bon. cedere.
Crucius ad l. 9. D. de l. Rhod.
Eck ad l. 18. C de transact.
– – de quota litis.
Einert de constitution. Juliani Imp. Sp. i. 2.
Eyrck de imperio mero.
Geiger de substituti substituto.
Geursen ad l. 7. D. si tab. testam.
Ghysen de injuriis.
Hebenstreit hist. jurisd. eccles. Spec. I.
Heindel de debitorum ante l. XII. Tabb. fortuna.
Jani de jurej. per genium Principis.
Jöcher de rita vindiciarum.
Jugler judex sedens.
Kaucher de act. rescissoria.
– – – de fisco romanorum.
Krause de servitute revivi scente.
Langguth de libertate sentiendi Ictor. rom.
Lepper de oblig. patris ex delicto filii.
Limborgh de jure sepulturae.
Manswelt de substantialibus judicii
Marcus de actt. quasi mixtis.
Meier de substitutione mentecaptorum.
Pagenstecher Cur Ictorum tergemina.
Pauli de regula Catoniana.
– – – de utilitate Philosophiae.
Pestel de Edicto Carboniano.
Poll de inoff. fratrum testamento.

Anonymi de rel. christ. caute adhibic. in foro civ.

37. Stück.

Hellmann Commendatio Studii philos. vitae et popularis

Zachariä de originibus j. r. ex jure germ. petendis.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0006
DFG

COMMENTATIO,

QVA STVDIVM

PHILOSOPHIAE VITAE ET POPVLARIS

COMMENDATVR

IVRISPRVDENTIAE CVLTORIBVS:

DICTA ORATIONIS LOCO

IN TEMPLO ACADEMICO KILONIENSI

A. D. XXXI MAII MDCCLXXXIII

INAVGVRANDO IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI

IOANNI MARTINO KOESTER

SENATORI WISMARIENSI AMPLISSIMO;

NVNC

VARIIS MEDITATIONIBVS

AVCTA

A

IOANNE DIETERICO MELLMANN D.

IN BIBLIOPOLIO ERVDITORVM DESSAWIENSI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0007
DFG

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO

DOMINO

OWENO DE HOEGH-GVLDBERG

AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS

DANIAE NORWEGIAE

ETC. ETC.

INTIMAE ET SANCTIORIS ADMISSIONIS

MINISTRO;

COMITI CONSISTORIANO ET STATVS

SECRETARIO;

ORDINIS DANEBROGICI

EQVITI AVRATO ETC. ETC.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0009
DFG

PHILOSOPHIAE POPVLARIS

IVSTO CENSORI;

DE PATRIA ET LITTERIS OPTIME

MERITO;

PATRONO SVO INDVLGENTISSIMO

HVNC LIBELLVM ACADEMICVM

SVMMA ANIMI PIETATE

CONSECRAT

SIMVLQVE

PERENNEM FELICITATEM PRECATVR

DEVOTVS CLIENS

IOANNES DIETERICVS MELLMANN D.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0010
DFG

TAM OTII, QVAM NEGOTII RATIONEM REDDERE MAIORES NOSTRI CENSVERVNT.

COLVMELLA.

Neſcio, qua re fiat, AVDITORES, quod multi, & in his clari & prudentes adeo homines, cum forſan eorum meditationes & ſermones in artem, quam profitemur, legitimam incidant, ita de iurisprudentiae diſciplina ſentiant, ut eam in ſolis verbis, in minutis quaeſtiunculis, in erroribus cauſidicorum ex obſcura & tenui ſcientia non honorem, ſed mercedis emolumenta ſibi proponentium, ſolummodo verſari, ac nihil fere ad ſapientiam vitae & reipublicae prudentem adminiſtrationem prodeſſe, nec ei ullum cum artibus liberalibus & philoſophia rerum humanarum domina connubium eſſe dicant, potius, quantum in iis ipſis eſt, tanquam ſcientiam corruptam, ignobilem ad capturas proſtitutam in ſummum adducentes contemtum — Digna ſummorum hominum iudicio utique eſt PHILOSOPHIA, ut omnium etiam eorum, qui ſe cauſis in foro tractandis dicant, ingeniis & pectoribus avidiſſime imbibatur. Ea enim eſt iſtius felicitas, ut acuat ingenia ad videndam & dicendam veritatem, & ut rerum argumenta & praeſidia in aliis disciplinis omnibus profutura ſuppeditet. Nemo ſane, qui in ullo maiorum, ut dicunt, doctrinarum genere feliciter verſari cupit, hac prorſus carere poteſt ſapientia, quae recte a CICERONE in quinta Tusculana *vitae dux* laudatur, *quae artes peperit, diſſipatos homines in ſocietatem vitae convocavit, quae inventrix eſt legum, magiſtra morum et disciplinae.* At eo magis me conturbant multorum voces conquerentes, quod Themidis caſtris addicti ſine philoſophiae ſapientia incertis ac vagis circumagantur

erroribus. Nec eae querelae in occulto sunt; conspirantem habent consensum eorum, qui de rebus ad studium nostrum pertinentibus suo iure iudicare possunt. Affirmant ii, quibus permissum est sub examen vocare ingenii & doctrinae dotes causidicorum, raro contingere, ut aliquem reperiant, qui ita possit clare & perspicue exponere causas, quas orandas in se susceperit, ut inde appareat eum philosophiae studiis operam olim dedisse. Evolvite similiter Jure consultorum libellos, & in maxima eorum parte, si veram non simulatam civilem prudentiam, & solidioris doctrinae, humanitatis, & pietatis argumenta requiritis, saepissime uniones, ubi alia omnia reperiri solent, quaerendae. Multi quidem barbas sibi alunt, ut philosophos simulent. Eo enim progressa est saeculi licentia, ut multi se ocellos & censores iustitiae opinentur, cum voce stentorea compendiorum praecepta, veteris scholae fabulas nugas saepenumero tradant; & quidlibet audendi & dictitandi potestatem sibi tribuant virtutes & vitia hominum atque doctrinae, qua superbiunt, minime curantes. Profecto quae de verae sapientiae fructu in ICtorum scholis & libellis passim praedicantur, ut plurimum in verbis sunt, res ipsa autem saepissime in ICtorum sacellis frustra requiritur — Neque vero ista iurisprudentiae ipsius culpa est, quae nimirum recte & fideliter percepta hausta est ex sapientiae & PHILOSOPHIAE POPVLARIS principiis. Quare non arbitror alienum fore, si de PHILOSOPHIA VITAE ET POPVLARI pauca faciam verba, EIVSQVE ARCTAM CVM IVRISPRVDENTIA COPVLAM commilitonibus & civibus nostris ostendam memor dicti illius COLVMELLAE: *tam otii quam negotii rationem esse reddendam.* Quodsi etiam nihil proficiam, iuvabit etiam sterilis orationis conscientia; iuvabit, quod publicae utilitati & privatorum commodis conducere aliquando

quando putavi, id ex hoc loco verbis non tam arceſſitis, quam ad rem neceſſariis teſtatum reliquiſſe.

PHILOSOPHIAE nomini, ne quis in eo haereat, antiquitas maius decus vindicabat, quam nunc vulgo fieri ſolet ab iis, qui id ſolummodo tribuunt ſubtilitati ſcholaſticae, quae e reipublicae & vitae campo in ſcholarum umbram & diſputationum anguſtias eſt relegata. Quamquam non prorſus negaretur ſcientiae de rebus minutis ſubtiliter diſſerendi; communicabatur tamen praecipuo quodam iure iſtis doctrinis, quae ingenia in excogitandis rebus publice & privatim utilibus acuunt & exercent; nimirum religionis diſciplinae; rerum naturalium perſcrutationi; eloquentiae, ut fit ab ISOCRATE autore ſcribendi & dicendi ſummo, (1) hiſtoriae, quae res geſtas ad prudentiam accommodat, & ne multa, omnibus ſtudiis, quae ad artem vitae & ad ſolidam felicitatem cognoſcendas & comparandas pertinent. Pleni ſunt libri veteres exemplis & teſtimoniis, unde intelligatur, philoſophiam olim fuiſſe veram ſapientiam, & philoſophos exiſtimatos ſapientes, qui rerum cauſas cognoſcerent, atque dictis & factis plurimum iuvarent utilitatem & felicitatem publicam. Ita heroicis iſtis aetatibus LYCVRGVM, SOLONEM, HOMERVM, BONOS POETAS OMNES item EVCLIDEM, THVCYDIDEM, XENOPHONTEM, POLYBIVM, LIVIVM, TACITVM, ſapientes & philoſophos nominatos & habitos accepimus, non niſi, quia vitam civilem & privatam philoſophicae contemplationis ſtudio & pulcherimis praeceptis ingenii & verborum ſuavitate exaratis regebant. Et ſane VITAE CIVILIS SAPIENTIA SVMMA EST PHILOSOPHIA, certe nobiliſſima eius pars.

 Iniu-

(1) IOANNIS AVGVSTI ERNESTI opuſcula oratoria p. 200.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0013
DFG

Iniuriam me facturum putem VESTRAE, CIVES, perspicacitati & reverentiae adversus legum iurisque studium, nisi existimem, vos, dum istam philosophiae imaginem intueatis, tacite iudicare, istam philosophiam optimam & iurisprudentiae esse magistram ac dominam, atque eos solos optimos fore causidicos, iudices, magistratus & rerumpublicarum rectores, qui illius philosophiae scholis sint eruditi & assueti rerum indagationi & solidae contemplationi. Leges & iuris scientiam civitatum salutem & civium felicitatem efformare debere palam est; & iurisprudentiam ideo artem esse maximam & sanctissimam, sine qua nulla societas, sed omnium disiunctio, bella perpetua privata & publica — Trahitur quidem humanum genus naturali quodam societatis & coniunctionis instinctu instar ceterorum animalium, quae singula contra iniurias & vexationes aliorum se defendere nequeunt. (2) At brevissima in istis societatibus defensionis tantum causa constitutis est

Quae aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectumque colebat.

OVIDII *Metamorph. Libr. I.*

Acriores cupiditatum stimuli, & ingenia ad invidiam prona, quae genus & fortunam animis non aequant, vindice nullo exstante, & sepositа iustitia regna in latrocinia converterent. Recte hoc observat HORATIVS, qui probe, quid utile, quid naturae conveniat, vidit, dicens,

Nihil mortalibus arduum est.
Coelum ipsum petimus stultitia neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda IOVEM *ponere fulmina.*

Ita

(2) Versuch über die Gesetze Th. 1. S. 11—19.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0014
DFG

Ita est: NVMAE sapientia civitatem Romanam legibus debebat munire, quam ROMVLI fortitudo condiderat & quo huius VIRTVS homines agris dissipatos prius convocaverat. Ex re erit optimum praestantissimae artis suasorem audire, CICERONEM nempe, virum haud dubie sapientissimum & illius, quam commendamus, philosophiae peritissimum. Is vero, *inter hanc*, inquit, *vitam perpolitam humanitate et illam immanem nihil tam interest, quam ius atque vis.* IVS *valeat, necesse est*; *id est, iudicia, quibus omne ius continetur. Iudicia displicent, aut nulla sunt?* VIS *dominetur necesse est.* (3) Quod si proinde exploratum est, primo legum latores, deinde & iudices eorum ministros evadere debere parentes civium non quidem proletarios, sed optimos, indulgentissimos & felices non tam sua, quam publica suorum felicitate: quodsi ideo instar parentum naturalium, magis liberorum quam sua causa gaudentium laetentur necesse est, cum hominum multitudinem aeque ac singulos humanitate & indulgentia sua, suisque iudiciis videant beatos; quodsi similiter cives faustis ominibus atque laudibus legum curam & iuris autores, a quibus felicitatem & fortunam proficisci sentiunt, praedicare debent, quibus quondam, ut ex antiquitate accepimus, nautae ab ALEXANDRIA venientes, cum Puteolanum sinum praeternavigarent, AVGVSTVM prosequuti sunt clamantes scilicet: *per illum se vivere, per illum navigare, per illum libertate et fortunis frui* (4): tunc profecto non modo expectatur, sed iure postulatur, ut legum argumenta & iurium principia, quae prodesse & debent & possunt ad agendum nempe & vivendum, petantur ex sapientiae naturalis & verae fontibus; ut iura non in manibus sed in sana ratione & religione iudicis sint posita, quod

 nulla

(3) Versuch über die Gesetze Th. I. S. 52.
(4) SVETONIVS in vita AVGVSTI c. 98.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0015
DFG

nulla alia arte fieri poterit, quam ut iurium amantes philosophicae contemplationis ductu causas rerum, itemque mores & genium populorum ac saeculorum cognoscant, & discant, quae habeant virtutes impedimenta, incitamenta, & praesidia; vitia contra, quae irritamenta ac remedia; quid denique aetates, tempora, exempla, ingenii & corporis dotes valeant; nec minus, deinde metaphysico fastigio se demittentes, explorata regiminis forma & perlustratis pallatiis potentium ac divitum, descendant provida indagatione in musea sapientum, in casas humilium, in opificum officinas; ut urbes, mercatorum collegia & curias, agros, castra & militum tentoria pererrent, & exinde demum pragmatici evadant iusti & aequi censores recte diiudicantes in singulis causis, quas vel nova prorsus legislatione, vel legum veterum applicatione componere debent, quae argumenta sapientiae & utilitati conveniant. Quibus ita comparatis sponte, si quid videam, intelligitur, historicam legum pariter ac hominum cognitionem, quae maxima sapientiae pars est, unicum solidioris iurisprudentiae esse fundamentum; ARTEMQVE NOSTRAM VERAM VITAE CIVILIS ESSE PHILOSOPHIAM, & PHILOSOPHIAM POPVLAREM — Videte ex his, quae monuimus, quam stulte faciant Jureconsultorum ii, qui mirentur, cum audiant, iurisprudentiam sua natura esse reddendam popularem, id est eam sanae rationis meditationibus inniti, eiusque argumenta ab hominibus etiam extraneis intelligi posse, modo ita studio humanitatis ingenia acuerint, ut quid rectum, quid honestum, quid decorum sit, percipere valeant (5). Qui forsan aliter sentiant eo ipso indicare mihi videntur, se nihil, nisi legum verba psittacorum instar tenere; suam doctrinam maxima ex parte siccis

(5) Compara, si lubet, quae dixit Ioan. Dan. Henr. MVSAEVS in den Juristischen Beyträgen S. 1—25.

cis praeceptis, antiquitatis formulis, & nugis constare. Non quidem sapienti vitandae sunt opiniones maiorum. Tantum ei, svadente CICERONE, vitandae sunt opinionum levitas & imbecillitas. Dicam pressius, quod sentio. Ars aequi & boni, iurisprudentiae summa (6), inventa & adornata est ad instituendos, monendos & cogendos denique populares in suorum ipsorum felicitatem & publicam omnium salutem pariter praemiorum adhortatione, ac poenarum metu. Proinde instar est educationis popularis, sive civilis — Et comparando institutionem privatam puerorum & illam publicam civilem discitur, utramque prima praecepta haurire ex alumnorum moribus & indole, & naturae humanae philosophica indagatione, utramque subinde esse emendandam & restituendam prout ingenia magis fiant perpolita, & alumni in artibus belli & pacis proficiant, nisi velis utramque contineri vago docentium arbitrio, barbarie, & fabulis otiosis, & exinde fieri detestabilem hominibus frugi & bonis omnibus.

Hac regia unica via perlustrarunt campum iuris sive prudentiae civilis latissime patentem, nimirum res divinas atque humanas, publica privataque negotia sibi vindicantem, quotquot exstiterunt heroes togati, qui felici quidem successu legibus cedro & aere dignis mores popularium correxerunt & eorum peccata reprehenderunt efficientes, ut cives non modo communi voluntate virtutis atque officii, sed etiam quadam necessaria ratione, recte honesteque viverent. Hanc viam ingressus est sapientissimus legis MOSAICAE autor, illis, quae modo commendavimus, indagationis philosophicae praesidiis munitus & initiatus, cum animum appulisset ad populares NILI agris dissipatos ex Tyrannide Aegyptiaca convocandos prius in societatem

(6) Oratio nostra de decisione causarum ex legibus aequi & boni.

tem bene ordinandam, & deinde legibus sapientia claris ad secernendos eos, quantum fieri potuit, ab immanitate vagisque cupiditatibus ruinam virtutis & felicitatis procurantibus. Dudum enim viri doctissimi, & in his celeberrimus, IOANNES SPENCERVS (7) Ecclesiae & Academiae apud CANTABRIGENSES quondam decus, &, qui primo loco nominandus IOANNES DAVID MICHAELIS magnus ille nostri saeculi antiquitatis Iudaicae & legum Mosaicarum perscrutator & interpres, disertis meditationibus evicerunt, iuris MOSAICI autorem non tam leges plane novas excogitasse sive vago arbitrio finxisse, sed potius mores Orientis inveteratos & iura a maioribus tradita sapientiae philosophicae ductu ad sanae rationis & felicitatis praecepta, quantum per genium populi adhuc incerti & fluctuantis liceret, composuisse. (8) Utinam eadem vidissent, qui olim, & passim nostra etiam aetate leges HEBRAEORVM invita MINERVA interpretari sunt conati se opima quasi spolia reportare credentes, dum leges istas Orientis moribus ac institutis antiquae aetatis potissimum accommodatas obtorto quasi collo in ecclesiam nostram, in fora & iudicia nostra vano legis Divinae positivae universalis praetextu (9) protraherent magna verae sapientiae, aequitatis & iustitiae iactura! Dolendum quod vir doctissimus IOANNES ERNESTVS FABER, qui nostram quondam, deinde Ienensem illustravit Academiam, cuius virtutem & amicitiam grata mente recolo, tristi & praematuro litteris scilicet fato sit subductus, cum totus in eo esset, ut philosophiae & archaeologiae ORIENTALIS studio demonstraret, quid in libris & legi-

(7) in libris, quae conscripsit de legibus HEBRAEORVM ritualibus & earum rationibus. Hagae comit. 1686.

(8) Johann David Michaelis Mosaisches Recht. Th. I. S. 10 u. f.

(9) HANNESEN de non existentia legum divinarum positivarum universalium GOETTINGAE 1754.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0018
DFG

legibus HEBRAEORVM sit dictum; quid inde colligi possit; & ad quae antiquitatis capita & instituta quaelibet legis Mosaicae argumenta sint referenda. Quam recte & perfecte haec & similia scrutari conatus sit, evicit idea, quam reliquit, archaeologiae Hebraicae. Sed in iurisprudentiae, de qua iam agimus, legislatoriae philosophia magnos quoque habemus adstipulatores sapientissimos AEGYPTI, GRAECIAE & LATII legum autores, qui accuratam & copiosam rerum omnium scientiam non minus quam hominum notitiam ex philosophiae istius fontibus sibi pararunt ad iuvandam & ornandam patriam. In qua commemoranda civili sapientia nefas fuerit praeteriisse memoriam antiquae illius feliciſſimae sapientum AEGYPTIACORVM familiae. Alii populi principes suos celebrant, qui victoriis & opimis spoliis a potentibus hostibus reportatis, multisque provinciarum novarum titulis insigniti atque onusti terras reliquerunt. Sed sapienti veteris AEGYPTI populo placebat illa regum suorum felicitas plena utique veri & integri decoris, quae divino munere accepta, sapientia civili servata, nullius hominis iniuria & incommodo tristis, sanguine violento non cruenta, cum aequitate, utilitate atque salute publica copulata regibus ipsis & patriae fuerat laetissima (10).

(10) Iuvat illustrationis gratia apponere egregium iudicium, quod de veteris AEGYPTI civili sapientia tulit celeberrimus IOANNES MATTHIAS SCHROECKH in der allgemeinen Weltgeschichte für Kinder Th. I. Hauptst. I. B. 6. S. 121 — 122.

Die Aegyptischen Könige, unter denen mehrere sich als Gesetzgeber berühmt gemacht haben, waren eben so wohl, als ihre Unterthanen, den Gesetzen unterworffen: sie waren so gar durch dieselben noch mehr als andere eingeschränckt; das erweckte desto größere Ehrfurcht und Folgsamkeit gegen die Gesetze, wenn man sahe, daß der Fürst ihnen zum Beyspiel für das ganze Land gehorchte, weil sie für ihn nicht weniger, als für den geringsten Aegyptier Mittel waren, weise, nützlich und glücklich zu leben — Es gab so wohl bey Tage, als bey Nacht gewisse festgesetzte Stunden, in denen der König die vorgeschriebenen Geschäfte verrichten muste. Gleich am frühen Morgen las er die Schreiben und Berichte, die aus den

Quid? quare MINOS, LYCVRGVS, SOLON & alii iurium autores conſentientis GRAECIAE & LATII iudicio ſapientes dicti & exiſtimati ſunt, niſi quod vitam pulcherrimis philoſophiae praeceptis, ingenii acuminis vi & verborum ſuavitate conditis prius inſtruxerunt, quam ad rempublicam & cives regendos accederent? Omnino heroicis iſtis aetatibus ad philoſophiae diſciplinam ſe ante omnia contulerunt quicunque rempublicam gerere cuperent. Nec aliam ob cauſam, quam ut philoſophica contemplatione diverſos populorum mores, leges & inſtituta ſtuderet & diiudicaret, LYCVRGVM CRETENSES & deinde cum THALETE, a quo multa in ſapientia profecit, LACEDAEMONIOS adiiſſe accepimus. Et quis neſcit, eum HOMERI carmina, quae in erroribus ſuis delegerat, ut fontem verae ſapientiae avidiſſime legiſſe & imbibiſſe quaſi, quia ex eius iudicio, cui ſequenti aetate calculum adiecit HORATIVS, nemo illo HOMERO melius & plenius intellexit, quid utile ſit & honeſtum

verſchiedenen Gegenten ſeines Reichs eingelaufen waren. Er begab ſich darauf mit ſeinen Hofleuten in den Tempel: wo der oberſte Prieſter, nachdem er geopffert hatte, für das Wohl desjenigen Königs betete, der gerecht regierete. Eben dieſer Prieſter führte die Tugenden des Königs an, wie unter andern, daß er fromm gegen die Götter — liebreich gegen ſein Volck — ein Freund der Wahrheit — Herr über ſeine Gemüthsbewegungen — und gewohnt ſey, weniger zu ſtrafen, aber auch mehr zu belohnen, als die Unterthanen verdienten — Doch zugleich tadelte der oberſte Prieſter die Fehler, welche von dem Könige mochten begangen worden ſeyn; warf aber die Schuld davon auf ſeine Räthe. Solchergeſtalt wurde er zwar heilſam erinnert, aber ſeine ehrwürdige Perſohn dennoch geſchont. Hierauf laß man ihm Beyſpiele vortreflicher Männer vor, deren Geſinnungen und Handlungen ihm zum Muſter dienen konnten. Speiſe und Tranck, die er genoß, waren mit vieler Mäßigkeit beſtimmet. Die Perſonen, welche ihn bedienten, waren nicht nur vornehmen Standes, ſondern auch tugendhaft erzogen, damit ihre Geſellſchaft nicht verführeriſch für ihn werden möchte. Er durfte nie andere Befehle geben oder Urtheile fällen als ſolche, die den Geſetzen gemäs waren. Das Land war glücklich, ſo lange dieſes alles beobachtet wurde. Daher kam auch die ungemeine Liebe der Aegyptier gegen ihre Könige, über deren Tod ein ſo allgemeines, herzliches und öffentliches Trauren angeſtellt wurde, als wenn Jedermann ſeinen Vater verlohren hätte.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0020
DFG

ſtum? (11) Similiter celebris legum ATHENIENSIVM conditor SOLON ſcilicet ille, cuius ſapientia ſola ATHENAE invictae erant, leges ferendo nihil aliud fecit, quam ut ſapientiam à populariibus ſuis neglectam de coelo quaſi reſtitueret, evocans & deducens eam in ATHENIENSIVM curias, fora, coetus, Areopagum, domosque privatas. Huius viri praeclara legislationis exempla narrat celeberrimus SCHROECKH in hiſtoria univerſa, quae nuper eruditorum plauſu in lucem prodiit (12). Idem hiſtoricus & ipſe profecto philoſophus alio loco eiusdem libri, nimirum p. 188. laudat atque recenſet pronunciata quaedam SOLONIS illius ſapientum omnium, qui antiquitatem illuſtrarunt, principis de rebus ſcilicet humanis earumque & hominum natura interiori, quibus reddidit rationem conſiliorum, dictorum ac factorum, quae ſunt profecto admirabilia, & multis novarum ſcholarum praeceptis acumine & prudentia ſuperiora (13). Quid? indefeſſo & perpetuo ſapientiae amore, iam poſtquam patriae ſuae ſaeculisque futuris bonam lucem reddiderat, AEGYPTVM migravit initiandus diſciplinis ſapientiſſimorum ibi degentium: nec minori fervore & in aliarum gentium penetralia aditum eſt molitus, omnes receſſus perſcrutans,

(11) Siehe die Abhandlung vom Lycurg und ſeinen Geſetzen, im hannöverſchen Magazin vom Jahr 1773, St. 79. S. 1250 — 1294.

(12) Joh. Matth. Schröckh allgemeine Weltgeſchichte Th. I. Hauptſt. I. B. 8. Alte Geſchichte der Griechen, S. 183 — 185.

(13) Talia aurea SOLONIS dicta ſunt, quae ſequuntur, & quae SCHROECKHIVS ille in libro laudato p. 188. in vernacula ita expoſuit: Unter vielem lernen werde ich alt. — Lerne erſt gehorchen, ehe du andern befehlen willſt — Rathe andern nicht das Angenehmſte; ſondern das Beſte — Eile nicht Freunde anzunehmen, wahre Freunde aber ſuche deſto länger zu behalten — Wie das Leben der Menſchen; ſo iſt auch ihre Rede beſchaffen — Ueber eine böſe Handlung muß Jedermann eben ſowohl ſein Misfallen bezeigen, als derjenige, der dadurch beleidiget worden iſt —

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0021
DFG

unde excutere & expromere posset, quae sibi adhuc laterent, olim fortassis profutura (14). GRAECORVM vestigia, ut in caeteris, ita etiam in philosophiae studio presserunt ROMANI LEGVM LATORES. Inprimis tempore reipublicae liberae ICti prudentum nomine & munere digni semper usi sunt sapientiae praeceptis & disciplinis in responsis, quibus consulentibus quid aequum bonumque in causis iure civili non definitis (15) videretur, tradebant. In scholis quidem edocti erant subtiliter disserere, genera & capita ponere, atque sub his formas & partes singulas, ac itidem generum & formarum causas exponere: deinde philosophiam vitae & popularem illam ex historicorum, poetarum, oratorum exemplis atque virorum gravium consuetudine, & omnium disciplinarum diligenti studio sibi eo fine parabant, ut de omnibus rebus & causis in strepitu forensi obviis pertinenter, iuste, recte possent iudicare — Testes sunt SERVIVS SVLPITIVS, TREBATIVS TESTA, TITVS ARISTO, SCAEVOLAE, MARCIANVS SABINVS, PAPINIANVS & alii, quorum scripta fragmenta adhuc in libris nostris exstant probantia Iureconsultos illos cuncta disciplinarum degustasse, unde arti, quam sunt professi, accedere possent lux, decus & ornamenta. Quantas & insignes universae sapientiae thesauros veterum ICtorum lucubrationes contineant evicit IOANNES GOTTLIEB SCHAVMBVRG eleganti libello, quem conscripsit *de veterum ICtorum multiscientia eiusque causis.* (16). Et quis non, ut obiter moneam, multa egregia sapientiae conamina deprehendit in institutis & legibus CAROLI MAGNI & aliorum heroum in toga

(14) Siehe die Abhandlung von Solon und seinen Gesetzen im hannöverschen Magazin vom Jahr 1774, St. 9. S. 130—186.

(15) IOANNIS AVGVSTI BACHII historia iurisprudentiae Romanae lib. II. c. II. tit. VIII. p. 225.

(16) In eiusdem tractatu de iurisprudentia veterum ICtorum stoica. Ienae 1745. p. 224—248. Meine Abhandlung über die einem Rechtsgelehrten nothwendige Erfahrung vor dem 2ten Stück der Rechtsfälle.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0022
DFG

toga & sago clarissimorum, quorum virtutibus antiquitas Germanica superbit (17).

At uni eique vel soli legislatori philosophiam vitae & popularem convenire crederes forsan; non Iureconsulto legum ministro, cuius solummodo esse videtur secundum leges, non de legibus, ferre iudicium. Nam si permissum esset in iudicando genio indulgere, nec ad legum amussim respicere, sed eam e pluribus eligere sententiam, quae tempori & cupiditati inserviat, magna pars iustitiae, & prope dicam, maxima in commotionibus & cupiditatum fluxu & refluxu poneretur; atque incerto vel potius nullo iure anxii & dubii circumageremur (18). Verum quidem est, omnia in iure fieri incerta, cum licitum sit a iure, id est a legibus, discedere. Attamen me non errare arbitror, dum contendo, in ipsa legum applicatione causarum oratoribus & iudicibus, quamvis *paucis*, ut dicunt, *philosophandum tamen omnino esse* — Iam primo in ipsis causis in foro orandis & diiudicandis necessariae utique sunt diligens indagatio & cognitio rerum aeque ac hominum; itemque argumentorum hinc & inde laudatorum seria cogitatio, ne incerta & temeraria decisione cupiditati potius, quam fidei publicae consulatur. Saepissime minimo momento magna pendet causa — Recte pragmatici forenses iactitare solent tritum illud: *minima circumstantia variat rem.* Quanquam enim leges, saepe durae, certae sint & indubitatae; sub iudice tamen magna lis esse poterit, utrum causae in foro obviae eaedem sint, de quibus leges sanciunt. Potissimum in ea artis nostrae parte, quae de vitiis & delictis hominum agit, dici vix poterit, quanta religione irritamenta vi-

 tiorum,

(17) Legenda hoc nomine sunt, quae de sapientia legislatoria CAROLI MAGNI egregie disseruit collega HEGEWISCH in historia CAROLI MAGNI pag. 153 — 154.

(18) Oratio nostra de causis iuris incerti pag. VI & IX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0023
DFG

tiorum, tempora, ipsius reipublicae defectus, natura, aetas, indoles eorum, qui deliquerunt, sint curanda, ut causam accurate perspicias & iuste iudicare possis. Et quantum prodesse possit harum rerum arbitris profunda & accurata artis medicae, praesertim chirurgiae scientia, docto libello evicit celeberrimus PLOUQUET, quo mortis violentae singula genera tractavit (19). Verissime SENECA: *Vbi discrimen inter malos bonosque sublatum sit, confusio sequitur, et vitiorum eruptio. Itaque adhibenda est moderatio, quae sanabilia ingenia distinguere a deploratis sciat. Nec promiscuam habere ac vulgarem clementiam oportet, nec absciſſam. Nam tam omnibus ignoscere crudelitas est; quam nulli. Modum tenere debemus* — Sed qua alia, quaeso, ratione hanc veluti aciem meditationum melius ordinare poterunt iudices & causarum patroni, quam eadem, qua id facere solent boni historici, poetae, rhetores aliique sapientes vitae popularis, quorum scholae nimirum amplectuntur universam hominum virtutem, universumque vitium? Accedit, quod philosophiae popularis studium, quippe quod versatur in rebus bonis, pulchris & magnis, multum valeat ad ingenium poliendum, ad prudentiam acuendam, & ad animum *honestate* & *patientia* corroborandum. Vitae genus ICti eligerunt hoc, in quo maxima vis est *prudentiae* & *patientiae* — Iudicem, qui iustus esse velit, PLINIVS iudicat, *primam religioni suae* PATIENTIAM *debere, quae pars magna est iustitiae* (20). Quid maiorem molestiam & impatientiam excitare potest, quam haerere subinde in rebus minutis, sordidis, ineptis, in deprehendendis hominum fraudibus? Quodsi autem quis ad hanc vitae rationem accedit, cuius pectus philosophiae praesidiis bene praepa-

(19) Abhandlung über die gewaltsamen Todes Arten, nebst einem Anhang von dem gefliſſentlichen Misgebähren, als ein Beytrag zur Medicinischen Rechtsgelehrsamkeit, von Wilhelm Gottfried Plouquet. Tübingen 1779

(20) epistolar. VI. 3.

praeparatum iuſtitiam, fidem, religionem, odiis, querelis & importunitatibus vulgus profani ducit potiores, ei ſane exercendae & corroborandae patientiae longam materiam ſuppeditat philoſophiae doctrina. Itaque cum quid incommodi & moleſtiae iuſtitiae & veritatis gratia ei accidat, in ore habebit illud; *patientia eſt adhibenda* — & memor erit dicti VIRGILII illius:

Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito;

imitaturus THEMISTOCLEM, qui, cum ab EVRIPIDE militariter feroci, cuius cupiditati adverſabatur, poſt ſordidas verborum iniurias baculo adeo ei intentaretur, immotus plane iniuria atroci, PERCVTE, gravi inquit vultu, modo AVDI. Veriſſime CICERO iurisperitum, qui conſulendo, agendo & iudicando proſit civibus, ita deſcribit, ut *totus ſit in patientia*, dicens: *Ius civile didicit: multum vigilavit, laboravit, praeſto multis fuit, multorum ſtultitiam perpeſſus eſt, arrogantiam pertulit, difficultatem exſorbuit, vixit ad aliorum arbitrium non ad ſuum* — His argumentis ſimile eſt illud, quod non modo in iuris peregrini recepti applicatione, ſed in antiquitatis Germanicae etiam uſu videndum, num eadem inſtituta, de quibus leges iſtae ſanciunt, adhuc adſint, an eaedem ſaltim legum rationes & rerum formae, ne inadaequatae a diverſis ad diverſa plane ducantur argumentationes, & iura, quae de diverſis ſubiectis & cauſis diſponunt, incongrua miſceantur ratione (21). Sed huius erroris patrocinium & magni adeo Iureconſulti interdum in ſe ſuſcipiunt neglecta ſcilicet philoſophica argumentorum & rationum, quae legibus ſubſunt, indagatione, non obſervantes per iuris peregrini receptionem ſubſidiariam non adoptata eſſe inſtituta exteris populis tantum propria; nec deinde eo ipſo antiqua-

(21) ſpecimen ſecundum cautionum, quae in iuris Germanici privati ſtudio & applicatione ſunt adhibendae; quod nuperrime programmatis loco in publicam lucem emiſimus. KILIAE 1783.

tiquata esse instituta innata, & agi denique solummodo de applicatione iuris peregrini ad patriae negotia, quoad nimirum horum indoles cum iis amice conspirat (22). Nec est, quod populorum diversorum iura in nonnullis capitibus conspirare obvertas. Etenim infrequens non est diversarum gentium instituta per easdem rationes generales determinari, & sic eadem fere inter diversas gentes iuris praecepta nasci. Porro similiter multa in libris nostris occurrunt cohaerentia quidem inter se, sed illis tantum aetatibus accommodata, quae barbarie & spissa superstitione premebantur, & quibus ea legum & iurisprudentiae sapientia, quam admiramur et commendamus, sub duro adhuc cortice latuit pallido aspectu maiorem vim explicans. Ita, ut hoc vtar, certus pecorum numerus, certa pecuniae summa, quibus vindictae nomine ac vice antiquitas Germanica necem nobilissimi cuiusdam a scelerato occisore perpetratam ulciscI solebat, reipublicae antiquae formae quidem respondebat, ut egregie singulari libello docuit IOANNES CHRISTIANVS MAYER celebris Tubingensium Anteceſſor, quondam, dum apud nos haerebat, collega coniunctissimus et amicissimus (23): at nullus rerum nostrarum aequus arbiter istam vindictae speciem aptam esse contendet saeculi nostri genio, miti, decoro, ad

(22) Legenda omnino sunt, quae hac de re monet vir in iure summus GEORG. LVDOV. BOEHMER in praefatione ad tom. I. pag. 18. 19. exercitationum patris sui immortaliter meriti. In has regulas impingit, quod mirum, celeberrimus AVGVSTINVS A LEYSER in meditationib. ad pandectas spec. XVI. hominum propriorum in Germania conditionem non ex iuris innati rationibus exponens, sed confugiens ad diversa Romanorum colonorum instituta. Uberius caeterum hanc cautionem illustrarunt BASTINELLER de praeiudicio principum ex abusu iur. feud. Longob. in IENICHII thesauro iur. feudal. p. 232. WILLERDING de incongrua applicatione iur. feud. ad feuda Germaniae ibidem p. 229. & GEORG. LVDOVIC. BOEHMER in principiis iur. feud. praesertim Longob. c. III. p. 20. §. 31.

(23) Historia iuris Germanici antiquissimi circa homicidium; quae prodiit, Ienae 1770.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0026
DFG

ad humanitatem cives invitanti. Permultis sane eiusdem generis vitiis et sordibus iuris criminalis scientia adhuc scatet. Consumta quidem est magna nugarum et fabularum caterva. Quis enim hodie non ridet hexarum strigumque fabulas? Ubi sunt pravi asylorum abusus in ipsa urbe ROMA a CLEMENTE XIV. Pontifice vere philosopho sublati? In TVRCARVM ditiones haereticorum persecutiones cum nomine adeo ipso sunt relegatae. In Christianorum iudiciis nunc fere ubique personant SALVIANI verba: *apud nos sunt haeretici, qui apud se non sunt. Nam in tantum se catholicos esse iudicant, ut nos ipsos titulo haereticae pravitatis infament. Quod ergo illi nobis sunt, hoc nos illis.* Sed cur nobis, ut alia taceam, subinde placet vetus illa inter animum directum & indirectum distinctio, nimiae duritiei & cupiditatis refugium? Cur adhuc hinc & inde iuvat veritatem ab invitis extorquere equuleo, aliisque instrumentis ad cruciatus comparatis? Tyrannidis & superstitionis cruenta inventa (24), ad quae humanioris aetatis ipsi adeo carnifices contremiscunt! Etenim non solum philosophiae id est sanae rationis & humanitatis praeceptis, sed tristissimis etiam exemplis subinde edocemur (25) vera omnino esse, quae iam monuit VLPIANVS in *L. 1. §. 23. D. de quaestionib*: scilicet hoc veritatem eruendi remedium *rem fragilem esse, periculosam, et talem, quae veritatem adeo fallat. Nam plerique patientia sive duritie tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi iis veritas nullo modo possit: alii tanta sunt impatientia, ut in quovis mentiri, quam pati tormenta velint; ita fit, ut etiam vario modo fallantur, ut non tantum se, verum etiam alios commincntur.* Etsi etiam ab his discedas, multa alia

iuris,

(24) Originem tormentorum ingeniose detexit generosissimus de SONNENFELS in aureo libello: Ueber die Abschaffung der Tortur. S. 11 seq.

(25) Horrendum fallacis quaestionis exemplum narrant autores des Politischen Magazins vom Jahr 1781. 11 Stück 10 S. 361. sub titulo Beyspiel einer entsetzlichen Justiz.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0027
DFG

iuris & tramitis iudiciarii capita ſuperſunt, quae antiquitati, qua humanitatis locum tenebat barbaries, placebant, quae autem noſtri ſaeculo haud magis conveniunt, quam veſtimenta maiorum obſoleta, quibus uti quemlibet profecto noſtrum hodie puderet. Huc referenda merito videtur tota *praeſumtionum levium* caterva, quibus olim multi iuramentorum abuſus & deciſiones innitebantur (26); nec minus regularum & minutorum ſolemnium proceſſualium nimia & ſuperſtitioſa cura ſive verborum & formularum aucupia & reticula, quibus ſemidocta doctorum turba ius noſtrum inquinavit & quorum neglectu plurimos ſubinde iuſtiſſimis cauſis cadere obſervabis (27). Noſtra adhuc aetate veriſſimum illud TACITI effatum (28): *ut olim flagitiis, ſic nunc legibus laboramus.* Porro, ut colophonem addam, quis unquam negare poterit, in omnibus iſtis capitibus, quae in legibus non deciſa iudicantium arbitrio ſunt relicta, eas deciſiones eſſe optimas, iuſtiſſimas, quae ex *legibus aequi et boni*, ſive, quod idem eſt, quae ex ſapientiae moralis & civilis naturali dictamine tanquam fonte puriſſima petantur? Eam ob cauſam GROTIVS ille vel unico de *iure belli et pacis libro* immortalitatem eſt promeritus, cuius veſtigia noviori aetate preſſius ſequutus eſt celeberrimus PESTEL, qui ad perfectam iurisprudentiam verum attulit ingenium philoſophicum. Quae omnia cum ita ſeſe habeant, verum eſt & negari prorſus nequit, univerſam iuris ſcientiam philoſophiae vitae & popularis ſtudio, ſive, quod idem eſt, rectae rationis ſapientia non modo ornari & illuſtrari, ſed plane potius comprehendi & abſolvi; niſi horridam & incomptam pro doctri-

(26) Docta & rationi convenientia ſunt, quae hac de re diſputavit IVI. FRIDER. MALBLANC in doctrina de iureiurando L. I. I. p. 276—77 § 72.

(27) Rem acu tetigit acutiſſimus MICHAEL de MONTAGNE in ſ. Verſuchen Th. III. Hauptſt. XIII. von der Erfahrung S. 333. 348 u. f.

(28) Annal. Libr. III. c. 25.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0028
DFG

doctrina eleganti & accurata habere & nubem pro IVNONE amplecti iuvet. Sapientissime ideo MONTESQVIEV vir de philosophica legum indolis & scientiae contemplatione & civili sapientia immortaliter meritus: *la lois en general est la raison humaine, entant, qu'elle gouverne tous les peuples de la terre; et les loix politiques et civiles de chaque nation ne doivent etre, que les cas particuliers, ou s'applique cette raison humaine* (29). Eadem & summa professio est de universa iurisprudentiae formula illustrissimi de REAL philosophorum civilium principis, dum affirmat: RATIONEM sive SAPIENTIAM CIVILEM SOLAM VNICAM HOMINVM NORMAM ET HVMANI GENERIS VNICVM ESSE IVDICEM (30).

Contristatur animus cogitatione, pulcherrimam iuris scientiam, etsi propriam & naturalem habeat pulchritudinem, & commendationem ab ipsa utilitate publica, tamen nominatim propterea, quod superioribus potissimum saeculis & subinde nostro adhuc saeculo ab hominibus tractatur, qui cupiditatibus & opinionibus temere susceptis ducuntur, invitam & reluctantem trahi in societatem inconstantiae, incertitudinis, barbariei, obscuritatis affectatae & stuporis doctrinae scilicet solidioris ita adeo, quod animum alto perfundit pudore, ut verum omnino sit illud veterum dicterium: *Iureconsultorum virtutes plumbeis natibus et ferreo capite absolvi* (31). Nec desunt hodie, quorum oculi, quo minus veras rerum causas & infucatam sapientiam perspiciant, falsis imaginibus infuscentur, quosque aut ingenii tarditas, aut antiquitatis superstitio transversos

 agat

(29) Esprit des loix chapitre III. liv. I.

(30) Des Herrn von REAL Staats-Kunst Th. III. Abschnitt 2. S. 44. u. folg.

(31) GERARDI NOODT oratio de causis corruptae iurisprudentiae in eiusdem operibus p. m. 537 seq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0029
DFG

agat ita, ut eorum ſtudium in verbis exponendis nugisque ediſcendis ſolummodo verſari non ſine iure nuperrime conqueſtus videatur AVGVSTISSIMVS ET REGIVS SCRIPTOR (32).

Quae eo magis pudeant neceſſe videtur, quo magis iam olim & nunc paſſim reſtituta eſt vetus illa ſapientia, quae intelligendi & recte de rebus humanis cogitandi ſolertiam cum bene loquendi elegantia ita coniungebat, ut alterum ſine altera nemini contingere putaret. Hoc beneficium profecto debemus ſchola CVIACIANAE cuius alumni, ut GVILIELMVS BVDAEVS, ANTONIVS GOVEANVS, EDMVNDVS MERILLIVS & alii (33), artes interpretandi & recte cogitandi revocarunt, & ab iis, qui eleganter grece & latine philoſophiam vitae & popularem docuerunt, intelligere quae bona, quaeque honeſta, & ſapere inde didicerunt. Quam unicam regiam viam porro ſtrenue preſſerunt ICti philoſophi recentiores, qui veteres illos probatos & elegantes philoſophos imitati bonis & utilibus meditationibus quae recta, quae vera ſunt, quaeque ſanae rationi conveniunt, docuerunt & popularis ſapientiae illius praecepta uſu & experientia

(32) *De la litterature* Allemande &c. p. 56. 57. Pour abréger je paſſe ſur la Botanique, la Chymie, & les experiences phyſiques, afin d'entreprendre Monſieur le Profeſſeur en droit, qui m'a la mine bien rebarbative. Je lui dirai: Monſieur! nous ne ſommes plus *dans le ſiécle des mots*; nous *ſommes dans celui des choſes* — De grace pour l'avantage du public *daignez mettre* un peu *moin de pédanterie* & *plus de bon ſens* dans les *profondes* leçons, que *vous croyez* faire. Vous perdez votre temps, Monſieur, à'enſeigner un droit public, qui n' eſt pas même un droit particulier, que les Puiſſants ne reſpectent pas, & dont les foibles ne tirent aucune aſſiſtance. - - - Pour vous tranquilliſer, nous vous promettons de croire, que votre cervelle eſt formée de la quinteſſence de celles de CAIVS & de BARTHOLE fondues enſemble; mais daignez conſidérer, que rien n'eſt plus precieux que le temps, & que celui, qui le perd en phraſes inutiles, eſt un prodigue, auquel vous adjugeriez le ſequeſtre, ſi on l'accuſoit devant votre tribunal.

(33) ERNST. SALOM. BRVNQVELLIS hiſtoria iuris Romani p. III. M. II. cap. VIII. p. 371 ſeq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0030
DFG

tia ſuperiorum ſaeculorum firmare atque illuſtrare felici & optimo ſucceſſu ſunt conati. Debent litterae noſtrae hanc felicitatem potiſſimum HVGONI GROTIO doctiſſimo BATAVO, qui primus fere iuris cultores & arbitros philoſophiae popularis ope ſapere docuit. Et tanta huius divinae ſapientiae eſt praeſtantia, ut deinde heroica ingenia, e quibus nominare iuvat THOMASIVM, GVNDLINGIVM, BOEHMEROS, inter exteros MONTESQVIVSIVM Gallum, BECCARIAM Italum, in ea excolenda & accuratiſſime perſpicienda laborarint, & operam dederint, ut ampliora facerent, quae a deceſſoribus acceperant, & ut maiorem etiam hereditatem ad poſteros transmitterent. Sublato hac ratione barbariae velo, elegantioribus litteris poſtliminii quaſi iure reſtitutis, accenſa hiſtoriae face & linguarum deliciis communi plauſu exceptis, depoſitis ſqualidis & luridis exuviis, auguſtiorem habitum & honeſtiſſimae matronae formam accepit iurisprudentiae ſapientia; & in dies denſa, qua involvebatur, fugata caligine, novam & puriorem lucem explicat & decentiori ſubinde vultu in medium prodit (34). Quem, quaeſo, fugit, iuris publici ſcientiam, quam LIMNEVS, quique ſuperiori ſaeculo vixere, lateritiam nobis reliquerunt, nunc merito MOSERI, PVETTERI, SELCHOVII aliorumque ſtudiis mormoream effectam eſſe? Quid? in hac heroica iurisprudentiae parte rectae rationis lumen adhuc ſubinde nubeculas diſpellere pergit. Teſtantur hoc, ut aliorum opuſcula taceam, ſcripta amiciſſimi IOANNIS CHRISTIANI MAYERI (35) & CHRISTIANI GOTLOB

(34) I. A. de IANVARIO oratio de iurisprudentiae feudalis laudibus

(35) Teutſches weltliches Staats Recht abgetheilt in Reichs- und Land-Recht von Joh. Chriſtian Mayer Leipz. 1775 3 Theile. eiusdem teutſches Geiſtliches Staats-Recht abgetheilt in Reich- und Land-Recht. II Theile. Lemgo 1773. Sed dicendi genus elegit vir doctiſſimus nimis metaphyſicum & ſubobſcurum omnino, & ipſe non omnia improbat, quae hac de re contra eum monuit illuſtri PVETTERVS in der Litteratur des Teutſchen Staats-Rechts II Th.

LOB BIENERI (36), qui praestantissima ingenia philosophiae praesidiis instructa attulerunt ad summam iurisprudentiae scientiam. Similiter exstiterunt & nostra aetate, qui iuris privati innati pulchritudinem immensa barbariae mole obrutam & oppressam antiquitatis & historiae facibus pariter, ac philosophiae veteris argumentationibus faustis auspiciis restituerunt. Dominabatur scilicet saeculo superiori non vera & sapiens THEMIS GERMANICA, sed commentitia, per absurdas fictiones & iuris peregrini interpolationes misere deformata (37), deinde per multo absurdiores interpretes & commentatores distorta ac plane depravata. Satis constat sapientiae Germanicae exempla bibliothecis Monachalibus, ubi laterent, turrium tenebris, ubi cum pulvere, carie, sordibus & blattis misere dimicarent, in lucem protracta & admiranda doctrina illustrata esse a viris aere dignis illustribus de GVDENVS, de WESTPHALEN, DREYER, aliisque, quos omnes recensere longa esset mora. Ex his laudare iuvat celeberrimum & amicissimum CAROLVM FRIDERICVM WALCH ICtum Ienensem, qui in permultis libellis academicis eleganti & solida doctrina elaboratis naturalem & veram iuris Germanici innati sapientiam detexit, & ope subtilis illius iurisprudentiae Germanicae philosophiae nuperrime naturam & indolem fideicommissorum & bonorum avitorum procerum Germaniae in claram posuit lucem; atque exinde causam generosissimae gentis AB HAHN super castro

S. 93. 94. nota *, quod ingenue vir veritatis amans nuperrime est confessus in praefatione zur Autonomie des Fürsten und übrigen unmittelbaren Adelstandes im R. Deutschen Reich: quae autonomia prodiit Tubingae 1782.

(36) Huc pertinet nominatim BIENERI illius Bestimmung der Kaiserlichen Machtvollenkommenheit in der teutschen Reichsregierung. Leipzig 1780.

(37) Specimen nostrum secundum cautionum, quae in iuris Germanici privati studio sunt adhibendae §. 3.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0032
DFG

ſtro, ſive dynaſtia SEEBVRG in comitatu Mannsfeldenſi ſita, optime oravit & defendit (38). Quid? theſaurus philoſophiae & ſolidioris meditationis videtur FRIDERICVS CHRISTOPHORVS IONATHAN FISCHER, qui in academia Salana iura Germanica docet pariter atque illuſtrat. Profecto litteras ipſas & bonas artes omnes in iſto viro, ut quondam in TITO ARISTONE, quem PLINIVS SECVNDVS admirabatur (39) periculum adire crederes. Tantum etenim rerum, exemplorum, antiquitatis, philoſophiae popularis ſpirant egregia illius hiſtoria ſucceſſionis Germanicae & caetera iuris publici & privati ſpecimina. Nihil, Hercle, in iſto viro deſideres, niſi quod interdum viſionibus nimis ſubtilibus pretium plus iuſto maius tribuere videatur (40). Nemini ſane omnium philoſophiae popularis elegantia, attico profecto ſermonis nitore & admiranda doctrina cedit PVETTMANNVS elegantiſſimus anteceſſor lipſienſis, cuius ſcripta, quibus nominatim diſciplinis iuris feudalis & iuris criminalis novam ingenuae philoſophiae dignitatem & purgatam barba-

(38) Vollſtändige Ausführung des den Herren Gebrüderen von Hahn auf das Schloß und Amt Seeburg zuſtehenden Erb-Folgerechts. Frankfurth und Leipzig 1781. De cuius cauſae iuſtitia cum primus ipſe ſum philoſophatus, deinde autor ſvaſorque fui, ut ο πανυ WALCHIO patrocinium illius, cum res ita poſtularet, traderetur, laetor omnino, virum ſummum, antiquitatis Germanicæ optimum perſcrutatorem & noſtras meditationes & argumentationes qualescunque probaſſe.

(39) In epiſtolar. libr. I. epiſt. XXII.

(40) Friederich Chriſtoph Jonathan Fiſchers Verſuch über die Geſchichte der Teutſchen Erbfolge B. I und II. Mannheim 1778. ingleichen die über die Erbfolge der Seiten-Verwandten. Eiusdem kleine Schriften aus der Geſchichte dem Staats und Lehn-Rechte. I. und II. B. Halle 1781. Idem über die Geſchichte des Deſpotismus in Deutſchland mit Urkunden. Halle 1780. Idem über die Probenächte der Deutſchen Bauer Mädgen. Eiusdem Entwurf einer Geſchichte des teutſchen Rechts Sr. Excellenz dem Frey Herrn von Zedlitz gewidmet Leipzig 1781.

Illius commentarius pereruditus in carmen epicum ſaeculi VI. de expeditione ATTILAE REGIS HVNNORVM IN GALLIAS ac de rebus geſtis WALTHARII AQVITANORVM PRINCIPIS, qui prodiit Lipſiae 1780.

barbariae sordibus conciliavit, & miror & valde diligo. (41). Praesertim in disciplina, quae de criminibus agit, id primus praestitit, ut non in uno & altero capite, sed per universam hanc doctrinam, tricas & barbaram nimirum duritiem, quibus nostri sibi admodum olim placebant, rectae rationis auxilio feliciter explosserit & exsibilaverit memor omnino eorum, quae monere solebat ABR. WIELINGIVS: "*Vna errantis poena est doceri. Neque "est prudentis errantes odisse, alioquin ipse sibi odio futurus. Ipse Deus lenis est. Deum itaque, vti debes, imitare.* Nec viliori hedera & minori laude digni sunt ii virtutis philosophicae & humanitatis autores, qui in uno vel altero iuris terribilis capite barbariem & insciticm reluctantes quidem & redituras subinde loco pellere conantur, quo merito refero ANDREAM ZAVPSERVM celebrem humanitatis in BAVARIA praeconem (42). Est sane tempus, quo de poenis secundum solius rectae rationis praescriptum singulis delictis ex aequo irrogandis paullo liberius cogitetur; cum pleraque, quae huc usque hac de re proposita sunt, si recte aestimes, aut scopae sunt dissolutae, aut ita certe comparata, ut facilius forte in republica aliqua Platonica, quam inter homines, quales nunc reapse sunt, locum inveniant. Bonum iam hac in re egit patrem familias maiorem, quam acceperit, facientem hereditatem, vir illustris IOANNES CHRISTIANVS QVISTORP summi tribunalis Wismariensis assessor, qui egregiis meditationibus nuperrime in lucem publicam

(41) I. L. E. PÜTTMANNI Antecessoris Lipsiensis elementa iuris feudalis qua privati qua publici. Lipsiae 1782. eiusdem elementa iuris criminalis commoda auditoribus methodo adornata. Lipsiae 1779. pertinent huc quoque eiusdem adversariorum iuris universi libri, ut alia taceam.

(42) Andreas Zaupser Churpfalzbeierschen Hofkriegsraths-Secretäre, Gedancken über einige Puncte des Criminal-Rechts in 4. Abhand. München 1781.

cam proditis evicit, quid rectae rationis sive philosophiae popularis dictamine non tam in iure criminali iamiam sancito, sed potius in legibus inposterum sanciendis observandum sit, ne THEMIDEM ipsam, tota, quanta est, obtorto quasi collo ad infidum saepe rationis tribunal rapiamus & vinculo societatis civilis convellamus. (43). Uberrimos sane exantlati huius laboris fructus percepisse videtur, cum SVECIAE REGI philosophiae & sapientiae profecto amanti haud omnino displicuisse constat (44). Multum tamen adhuc restat operis, multumque restabit, nec ulli nato post mille saecula praecluditur occasio aliquid adhuc adiiciendi. Namque quam vel in unica processus criminalis materia, nempe quae de medicorum relationibus sive, ut dicunt, *visis repertis* rite conficiendis & examinandis praecipit, philosophica disciplina seu potius philosophica istius negotii indagatio valeat ad mores ICtorum & Medicorum hac in re depravatos purgandos vitiis hucusque popularibus & emendandos praeceptis utilissimis ac per rei ipsius naturam necessariis eleganti libello de *fide visorum repertorum* in causis criminalibus comprobatum est (45). Qui libellus sane norma esse potest & exemplum, quo singula iuris terribilis nostri capita per certas, bonas & lenes artes locupletandi & emendandi ratio constituatur & regatur. Eadem philosophiae popularis studia verae religioni & ecclesiae DOMINI nostri, dici prorsus nequit, quantum profuerint. Nimirum historiae & antiquitatis ecclesiasticae studium, nec non philosophica formulae regiminis saecularis & ecclesia-

D

(43) Ausführlicher Entwurf zu einem Gesetzbuch in Peinlichen und Strafsachen von Doctor Joh. Christian Quistorp des Königl. Schwedisch Pommerschen Ober-Appellations-Gerichts und hohen Tribunals zu Wismar Assessor. Rostock und Leipzig 1782. gr. 8. I—III. Theil.

(44) Greifswaldische Neueste Critische Nachrichten vom Jahr 1782. St. 36. S. 285.

(45) Ueber die Glaubwürdigkeit der Medicinal-Berichte in Peinlichen Rechtshändeln. Berlin 1783.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0035
DFG

cleſiaſtici contemplatio demum, fugatis ſuperſtitionis & haereſeos erroribus, dominatione Romana in conſcientiam & regna, itemque autoritatis clericalis apud noſtrates nimio abuſu, puritatem & veritatem doctrinae divinae e tenebris reduxerunt, atque principum iura diu contemta, neglecta & tyrannide ſacra plane oppreſſa iure quaſi poſtliminii reſtituerunt. Talibus armis, ſcilicet ingenii acumine, philoſophiae clypeo & veritatis praeſidio SAMVEL PVFENDORFIVS in aureo libello de *habitu religionis ad ſtatum civilem*; CHRISTIANVS THOMASIVS, qui tamen ulterius, quam par erat, progreſſus eſt (46), GEORGIVS LVDOVICVS BOEHMERVS Iureconſultus ſummus (47), cuius veſtigia nuper laudabili conamine preſſit IOANNES IACOBVS PREHN anteceſſor Butzovienſis (48), papatum non ſolum impugnarunt, ſed & clericorum noſtrae eccleſiae affectatum imperium; oſtendentes *miniſterium* iis tantum eſſe conceſſum, *poteſtatem* vero *eccleſiaſticam* penes *eccleſiam* eſſe & *imperio civili ſubordinatam*; atque alia plane eſſe *ſummi imperantis iura*, quae deſcendunt ex *ſaeculari inſpectione* in eccleſiam, & alia iura ipſius ſocietatis eccleſiaſticae. Et bene ordinata idea liturgiae, quam haud ita pridem exhibuit CHRISTIANVS GOTTHILF SALZMANN, ſpem mihi quidem fecit, ut ſubinde magis excuſſis & inſpectis originibus eccleſiaſticis indies purior etiam effloreſcat totius eccleſiae noſtrae & nominatim liturgiae politia (49). Quis neſcit, in Romana eccleſia fuiſſe, & adhuc eſſe, qui e noſtratium ſcholis & diſciplinis veram *ſapientiam* peterent, atque huius

(46) In den Juriſtiſchen Händeln Th. II. S. 540 Th. III. S. 1. u f.

(47) In principiis iuris canonici ſpeciatim eccleſiaſtici publici & privati, quod per GERMANIAM obtinet.

(48) In diſſertatione, cui titulus; An imperantis exercitium iuris circa ſacra maieſtatici ad conſenſum cleri, der Geiſtlichkeit — ſit adſtrictum Buetzovii 1780.

(49) Salzmanns Gottes-Verehrungen gehalten im Betſaale des Deſſauiſchen Philanthropins 220 Seit. 1781. Gothaiſche Gel. Zeit. von Januar 1781. St. 3.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0036
DFG

ius ope & autoritate hierarchiam papalem per ignorantiae & superstitionis saecula ita adornatam, ut invicta fere videretur, felici successu impugnantes summae principum potestatis independentiam a iurisdictione ecclesiastica certe vindicarunt? Exstant admiranda huius philosophiae popularis & vitae exempla vel sexenties in libris ZEGERI BERNHARDI VAN-ESPEN (50), itemque illius, qui sub ficto IVSTINI FEBRONII (51) nomine de libertate summi imperii & conscientiarum a dominatione hierarchica vindicanda optime est meritus. Quae praecepta & semina sapientiae verae per totam EVROPAM catholicam sparsa tam largos protulerunt fructus, ut docti ubique non sint alieni ab his philosophiae studiis & sectentur ea potius subinde studiosius & acrius, uti testantur tot veritatis & philosophiae testimonia atque conamina, quae in sylvis suis historicis prodiderunt celeberrimus WALCHIVS, qui Goettingensem Academiam illustrat (52), & doctissimus LE BRET Academiae Stutgardiensis inclytus cancellarius (53). Observari quoque meretur singularis nostrae aetatis felicitas, quod viri philosophiae popularis praesidiis & amore instructi singularium rerum, causarum, officiorum philosophicam assumant contemplationem, & quid in singulis fortunae civium generibus & vitae conditionibus aequum & iustum sit ductu rectae & sapientis argumentationis ex ipsis earum rerum virtutibus & vitiis statuant. Cuius felicitatis exhibent documenta libelli singulares, quos, ut his utar, de iure

(50) Eiusdem ius ecclesiasticum universum quatuor tomis comprehensum Coloniae 1777.

(51) Argumenta huius scriptoris in nucleo quasi exhibet generosissimus DE SELCHOW in der Juristischen Bibliothek Th. I. S. 279. u. Th. II. S. 17. u. f.

(52) In den Samlungen zur neuesten Religions-Geschichte herausgegeben unter der Aufsicht des Herrn Christian Wilhelm Franz Walch.

(53) Johann Friederich Le Bret Magazin zum Gebrauch der Staaten- und Kirchen-Geschichte vornemlich des Staatsrechts Catholischer Regenten.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0037
DFG

opificiario beatus IOANNES HENRICVS FRICKE, & qui illi palmam praeripuit, IOANNES FRIDERICVS CHRISTOPHORVS WEISSER (54); de iure metallico F. G. A. LOBETHAN (55); de iure militari CAR. FRIDER. WILHELM. ZINK (56) & IOANN. GOTTL. FRIDER. KOCH (57); de iure legationum ac legatorum L. B. de PACCASSI (58); de iure aedificiorum IOAN. HENRIC. MICHAELIS (59) de oeconomia forensi illustris DE BENKENDORFF; (60) acutissimus CHRISTIAN LVDOLPH REINHOLD de geometria forensi (61), cuius tamen opus non ab erroribus plane immune, & IOANNES ANDREAS CHRISTIAN MICHELSEN de arithmetica forensi, nec non celeberrimus CAROLVS CHASSOT DE FLORENCOVRT (62) nostra aetate composuerunt, qui, ut caeteri libelli, quos omnes recensere non e re videtur, ad unum omnes luculenter evincunt, quam plurimum bonae artes omnes, & universa philosophiae popularis sapientia arti legitimae, sive legum & iurisprudentiae

(54) D. Johann Heinrich Fricke Grundsätze des Rechts der Handwercker. Göttingen und Kiel 1771. Das Recht der Handwerker nach allgemeinen Grundsätzen, und insbesondere nach den Herzogl. Würtenbergischen Gesetzen, entworfen von Johann Friederich Christoph Weisser. Stutgard 1780.

(55) Einleitung zum Bergwercks-Rechte von F. G. A. Lobethan Prof. in Zerbst. Halle 1777.

(56) Carl Friederich Wilhelm Zinkens Kurze und Gründliche Einleitung zur Kriegs-Rechts Gelehrsamkeit. Magd. 1779.

(57) Allgemeines Europäisches Land- und See-Kriegs-Recht von Joh. Gottl. Friedr. Koch. Frankfurt und Leipzig 1778.

(58) Ueber die Gesandschafts-Rechte von Johann Freyherrn von Paccaßi. Wien 1775

(59) Zusammen gelesene allgemeine Bau-Rechte, — nebst einem Anhange von der Bau-Policey von Johann Heinrich Michaelis des Reichsstadt Goslar Worthalter Braunschweig 1771.

(60) Oeconomia forensis, oder kurzer Inbegrif derjenigen Landwirthschaftl. Wahrheiten, so allen Gerichts-Personen zu wissen nöthig sind. Berlin 1775 ꝛc.

(61) Christian Ludolph Reinhold Lehrer der Mathematic in Osnabrück Geometria forensis oder die aufs Recht angewandte Meskunst, I—II Th. Münster 1782. III Th. 1780. recte quaedam contra definitiones & methodum viri alioquin acutissimi monuerunt censores Altorfienses in der Altorfischen Juristischen Bibliotheck. Th. I. S. 170—180.

(62) Johann Andreas Christian Michelsen Anleitung zur Juristischen Politischen und Oeconomischen I Th. Halle 1782. Abhandlungen aus der juristischen und politischen Rechenkunst. Altenburg 1781. ꝛc.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0038
DFG

prudentiae ſtudio non proletario quidem profuerint ſemper & adhuc proſint. Ad haec doctrinae noſtrae gloria, quae ex vera ſapientia & civium ſalute paratur, mirifice effloreſceret, dummodo plures eadem triumphali ſapientiae popularis norma ius univerſum illuſtrarent, qua artem noſtram & nominatim eam iuris noſtri ſpeciem, quae inſtituta & iura Germanica innata illuſtrat, ſub reviſionem philoſophicam revocavit illuſtris IVSTVS A MOESER praeſtantis ſapientiae civilis iuſtus cenſor in hiſtoria Osnabrugenſi ſummo ſane iudicio & ſapienti argumentatione conſcripta & in viſionibus, quibus exquiſita venuſtate varia iuris univerſi capita diligentius nova plane ſapientiae methodo illuſtravit (63). O! quam bonus porro eſt vel autor verae ſapientiae & philoſophiae popularis ex GERMANORVM hiſtoria conſequendae, vel adiutor tuendae, retinendae ac augendae MICHAEL IGNATIVS SCHMIDT (64). Hic eſt, quem VOS, CIVES POPVLARES, maxime legere & nocturna diurnaque manu verſari velim, hiſtoriae id eſt philoſophiae popularis & ſapientiae doctor, ſed idem bene dicendi magiſter optimus, tanto melior magiſter intelligendi. Hic eſt, qui optime admoneat & praeceptis & exemplo ſuo, ne VOS ita in ſervitutem cuiusdam dedatis, ut ab eius dictis latum unguem diſcedere non audeatis; cum ipſe non veritus eſſet a ſcholae & eccleſiae diſciplina, quam magiſtram & dominam habuit, diſcedere; ſed ut ſalutari & honeſta utamini libertate in iudicando, ut nihil probetis, niſi quod ipſi diligenter experiendo verum iudicaritis. Ex eo genere ingeniorum, quod iudicio, elegantia, & venuſtate valet,

(63) Juſtus Möſers Osnabrückiſchen Juſtizraths Osnabrückſche Geſchichte. 1 u. 2. Theil. Berlin und Stettin 1780. Patriotiſche Phantaſien von Juſtus von Möſer herausgegeben von ſeiner Tochter J. M. J. v. Voigt, geb. v. Möſer, 1. und 2. Buch. Berlin 1775.

(64) Michael Ignatius Schmidt Geſchichte der deutſchen 1 und 2ter Theil. Ulm 1778. 3ter Theil 1781. 4ter Th. 1781.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0039
DFG

nuper excellentem & magnum virum habuimus dominum a SCHLIEVEN, quem veriſſime iudicare poſſumus omnium elegantiarum & rerum ad artem hiſtoricam pertinentium promumcondum & arbitrum. Eſt in eo viro natura acerrimus veritatis ſenſus, quo incitante ſeſe, quod raro accidit in hominibus talis fortunae, contulit ad artes eas omnes diligenter colendas, per quas & ille ſenſus alitur atque acuitur, & ipſa elegantia in iudicando, in delectu rerum, in dicendo ac ſcribendo paratur. Incredibile dictu eſt, quanta in hiſtoria, quam conſcripſit, avitae gentis de SCHLIEVEN (65), diligentia & lecta ſint e ſtercore ſcriptorum & monumentis antiquis, quamque apte inter ſe nexa, quae ad Imperii Romano-Germanici & nominatim rei equeſtris ſtatum publicum converſionesque varias pertinerent, ſemotis omnibus, quae ab hoc conſilio eſſent aliena. Tam orationis genus eſt illud quidem aptiſſimum commentariorum tenuitati & ſimplicitati, ceterum, ut abeſt ab ſiccitate & ieiunitate, ita cum rebus ipſis ſubinde etiam ſe ſententiis & verbis attollit ſupra humilitatem annalium, habetque aliquid concinnitatis aptae rebus. Similiter IOANNES MÜLLERVS, ille, qui nuperrime HELVETIAE hiſtoriam edidit, in narrationibus rerum, in quibus motus quidam animi, aut vitium, aut virtus, aut ſtultitia, aut prudentia poſſint intelligi, eadem arte utitur, ut eas ſententiis ingenioſis & acutis illuminet & exornet, non tam in legentium ſuavitatem, quam utilitatem (66). Quae cum ita ſeſe habeant, & licebit illud, quod PLINIVS ad VALERIVM PAVLINVM, TRAIANO REGNANTE, ſcripſit, uſurpare: *gaude meo; gaude tuo; gaude etiam publico nomine; adhuc litteris honor durat!* Quid? quod? noſtrae aetatis praecipua felicitas in eo potiſſimum cernitur,

(65) Nachricht von dem hannöverſchen Geſchlechte der von Schlieven, oder Schlieſſen gedruckt im Jahr 1780.

(66) Die Geſchichten der Schweizer durch Johannes Müller. 1780.

tur, quod apud REGES & PRINCIPES noſtros honor litterarum & verae ſapientiae iura non defecerint. Longa eſſet mora, ſi recenſere vellem omnia, quaecunque REGES, PRINCIPES, & ille CLEMENS XIV. eccleſiae Romanae quondam moderator & arbiter philoſophiae popularis amantiſſimus (67) litterarum & ſapientiae cauſa in iurium reformatione & rerum publicarum innovationibus noſtra fecerint aetate. Sapientiae illius ſcilicet conſiliis extincta eſt verſutiſſima LOYOLITARVM ſive IESVITARVM familia. Quid! haud ita pridem IOSEPHVS II. imperator profecto philoſophus multas alias regularium congregationes regnorum & civium ruinam potius quam animarum ſalutem procurantes honeſte dimiſit; arctam monialium ad clauſuram ſervandam obligationem diſſolvit, & conſcientiae ſervitutem, quae iudicium de ſacris internis unico ſuperiorum praeſcripto ſubiicit, cum aliis omnibus regnis & principatibus ſuis expulſit & profligavit (68). Incredibile prorſus dictu eſt, quantum ſapientiae popularis & bonarum artium omnium ſtudia apud ſummos pariter ac infimos iuſtitiae moderatores & miniſtros exarſerint in MAGNI ILLIVS BORVSSORVM REGIS regnis & ditionibus, apud QVEM IPSVM & apud EIVS AMICOS philoſophiae popularis diſciplinae omnes in tanto ſunt honore, ut tam ille IPSE, tam eius AMICI, e quibus taciturna veneratione nominare fas eſt illuſtriſſimos atque excellentiſſimos dominos de HERZBERG; L. B. de ZEDLITZ & de CARMER, qui ipſi ſapientiam civilem ſcriptis

(67) Laudes & de eccleſia ac republica merita CLEMENTIS illius XIV., pulchritudine exquiſita ſed nimis verboſa, ITALORVM nimirum more, celebrantur in noctibus Clementinis, quae in vernaculam translatae ſub titulo Clementiniſche Nächte prodierunt BEROLINI & STETTINI 1779.

(68) Plura de IOSEPHI II. imperatoris meritis in popularem ſapientiam diſſeruit Herr Hofrath von Sonnenfels in ſeiner erſten Vorleſung des Academiſchen Jahrgangs von 1782. herausgegeben von Joſeph von Retzer.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0041
DFG

ptis & meditationibus illustrarunt, iudices merito sedere possint inter PLATONEM & ARISTOTELEM, LEIBNITZIVM & NEVTONIVM, HVGONEM GROTIVM & MONTESQVIVSIVM aliaque heroica ingenia ad summam sapientiam nata, quibus humanum genus superbit. Merito sane & *iurisprudentia* a maximo REGE, magnisque eius AMICIS sub incudem sive philosophicam censuram est revocata (69). Nam si qua scientiarum principibus & populorum moderatoribus ab utilitate & necessitate sese commendat, certe huc referenda videtur ars, quam profitemur, legitima, quamque PLATO *regiam artem* appellat proptera, quod tam iura divina & in his ius naturae & gentium, tam iura humana comprehendit atque exinde salutem & utilitatem publicam ambit, quae & causa primaria fuit, ut ingeniose observat celeberrimus OELRICHS summae integritatis & praestantis eruditionis vir (70), cur REGES, PONTIFICES, DVCES AC NOBILES maluerint summo honoris academici gradu in iure, quam in alio disciplinarum cardinalium genere, condecorari, & cur exinde nominatim sub huius saeculi anno MDCCVI. FRIDERICVS WILHELMVS I. BORVSSIAE REX doctoris in utroque iure diploma ab academia OXONIENSI sibi oblatum non dedignatus sit. Itidem eandem doctoralem dignitatem vel nullus regum magis est promeritus, quam qui nostra aetate BORVSSIAE sceptrum tenet & regna moderatur FRIDERICVS II. Ille scilicet FRIDERICI WILHELMI vestigia, qui se religionis causa oppressis & Musis deum quasi tutelarem praebuit, non modo pressius est secutus, sed etiam regiam maiestatem pariter armis

(69) Videatur hac de re der Briefwechsel über die Preußische Justizverbesserung.

(70) In commentatione pag. 6, cuius titulus is est, qui sequitur: *de* FRIDERICO WILHELMO BORVSSIAE REGE &c. doctore iuris ex nummo disserit, & ACADEMIAE KILONIENSI iubilaeum primum gratulatur D. IOANNES CAR. CONS. OELRICHS, Palaeo-Stettini 1765.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0042
DFG

armis decoravit & legibus ita armavit, ut non solum in hostilibus praeliis victor exstiterit; sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expulserit, atque philosophiae popularis consiliis victis hostibus triumphator magnificus & iuris sive iusti & aequi arbiter religiosissimus evaserit (71). Testimonium luculentum admirandae huius sapientiae est nova illa processus sive tramitis iudiciarii idea, quae nuper iussu & auspiciis regis illius, cuius gloria ex virtutum sylva, quae in eo periculum adire videntur (72), in publicum prodiit & methodo vere philosophica ita composita & adornata est, ut non modo aemulam AVSTRIACAM longe superaverit, sed & aliis omnibus eiusdem generis periculis palmam profecto praeripuerit. Amplectitur nimirum universam breviter agendi & perfecte iudicandi artem, & in singulis capitibus explicandis ea ratione philosophica versatur, quam SERVII SVLPICII exemplo imitandam proposuit CICERO in Bruto (73): *quae doceret, rem universam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando: ambiguam primum videre, deinde distinguere, postremo habere regulam, qua vera et falsa iudicarentur, et quae, quibus propositis, essent, quaeque non essent, consequentia* (74). Videte ista admirandae sapientiae exempla, quot, quam claros Iureconsultos sapientiae studio exarserint, quam promptos eos fecerint ad differendum ad disputandum de vera legum indole, de solidis legislationis principiis, de unaquaque quaestione iuris proposita (75). In quorum au-

(71) Has virtutes ad utrumque, nempe ad vincendum & ad sapienter imperandum comparatas in summo & perfecto principe requirit IVSTINIANVS imperator in *prooem. Iust. pr.*

(72) Lobrede auf den König, von J. J. Engel. Berlin 1781. S. 11.

(73) CICERO in Bruto cap. 41.

(74) Kurze Vergleichung der neuen Preußischen mit der neuen Oesterreichischen Proceß-Ordnung in dem deutschen Museum 1stes Stück vom Januar 1782. S. 21—31.

(75) Pertinent huc aurei libelli sequentes, ut alios taceam, 1) Briefwechsel über die gegenwärtige Justitz-Rechten in den preußischen Staaten. Berlin 1780.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0043
DFG

reis libellis summa cum voluptate passim observavi sapientissima illa monita; *principis curam inter leges et mores solliciter esse dispertiendam*; similiter, *neminem in legibus ferendis aliquid praeclari effecturum, nisi cum legum religione coniungat politices et nominatim politiae studium* (76). Singularis etiam haec fuit virtus veterum sapientum Graecorum & Romanorum, qui legibus inclaruerunt, ut toti essent in eo, ut praeclaris institutis & ordinationibus finem scilicet summam rerum publicarum & civium singulorum utilitatem promoventibus, magis & prius patriam componerent & ornarent, quam legum multitudine obruerent. In rebus ad politiam spectantibus leges XII. tabularum multa praeclara praecipiebant, quorum autoritas & nostris temporibus magnam reipublicae unicuique utilitatem afferre posset, ita, ut me quidem iudice, CICERO certe, vel ob sola politiae praecepta, non immerito leges illas decemvirales summa laude prosequatur, dicens scilicet in "*libr. 1. c. 44. de oratore: Fremant "omnes licet, dicam, quod sentio. Bibliothecas, me Hercule, om- "nium philosophorum unus mihi videtur XII Liber, si quis legum ca- "pita et fontes viderit, et autoritatis pondere et utilitatis ubertate "superare* (77). Istam perfectionem in tractandis rebus ad politiae

2) Beyträge zur juristischen Litteratur in den preußischen Staaten; Th. I — VI. vom Jahr 1775 — 1780. 3) Magazin der Gesetzgebung, besonders in den Königl. preussischen Staaten. Liegnitz und Leipzig 1781. Ister Band.

(76) Versuch über die Gesetze th. 1. S. 14. u. f. AYRERI oratio de principis cura inter leges & mores solliciter dispertienda.

(77) Iuvat illustrationis gratia adiicere istam summam politiae praeceptorum obviam in XII. tabularum legum fragmentis, quam celeberrimus SCHEIDEMANTEL in observationibus ad TELGMANNI historiam iuris Romani tom. 1. pag. 251. recensuit, ipsissimis quidem viri doctissimi illius verbis.

In Policeysachen findet man in den 12 Tafeln gute Gesetze, deren wesentliche Absicht auch noch in dem achtzehnten Jahrhundert genutzt werden könnte. 1) Ein jeder muß für den Schaden stehen, den sein Vieh durch Abweidung oder auf eine andere Art zufügt; ist zur Aufmerksamkeit und Ackerbau ein gutes Mittel. 2) Die Häuser müssen drey Schue weit von einander ste-

tiae curam pertinentibus, quam in GRAECIAE atque LATII legibus agnoscunt & admirantur quicunque veteres autores frequentent & antiquitatis sapientiae iustum statuant honorem, didicit exinde eamque ad artis medicae praecepta tanquam ad normam exegit IOANNES PETRVS FRANK in systemate politiae medicae, quod nostra aetate exceptum est plausu omnium, quicunque in iure nostro non desipiant & iudicare valeant, legum singula politiae capita determinantium perfectionem maxi-

hen: Gut wegen Feuers-Gefahr und Verhütung der Gränz-Streitigkeiten. Auch die Gränzrechte der Feldstücke wurden ziemlich gut bestimmt, um der Uneinigkeit zuvorzukommen; zum Beyspiel, daß der Zwischenraum nicht präscribirt werden konnte; doch hätte er eben nicht fünf Fuß breit seyn müssen. 3) Nur die rechtmäßigen Gesellschaften können Statuten verfertigen, doch so, daß sie dem Wohl des Staats nicht widersprechen. 4) Die Verwahrlosung des Feuers wird mit Entschädigung vergütet, oder mit Stäupung geahndet. Die vorsetzliche Mordbrennerey ward als ein grosses Verbrechen, mit Feuer und vorhergegangener Stäupung bestraft. 5) Die Wege mußten bequem seyn, und der Herr des anstossenden Grundstückes mußte sich gefallen lassen, daß man über sein Feld fuhr, wann der Weg böse war. Dieses Gesetz sollte man noch itzo gelten lassen um gute Wege zu bekommen; denn eigentlich müßte ein Grund-Herr sorgen, daß ein anstossender Weg gut erhalten würde. 6) Zur Abschaffung des grossen Aufwands, der Unanständigkeit, auch Gefahr bey Begräbnissen sind sehr gute Gesetze gegeben worden. Z. B. Niemand darf in der Stadt begraben, oder in solcher verbrandt werden; keine kostbaren Kleider an Todten, oder an den Leichenbegleitern werden geduldet: Man soll auch alles Wehklagen, und überflüßiges Weinen unterlassen, sich die Wangen nicht zerschneiden, (vielleicht um den Abscheu für den Tod zu vermindern, ein Gesetz, das zum Kriegs-System gehört,) die Salbung der Leiche; der Schmauß bey Begräbnissen, das theure Rauchwerk; die Wiederholung der Begräbnisse; die Goldgeschmeide; die Verbrennung an unbequemen Orten; die Verjährung der Begräbnisse; alles dieses war verboten. Wer Bäume beschädigte muste 25 Assen bezahlen. Auch der Lex de tigno iuncto gehört hieher. Has & alias salubres sane & hodie subinde observandas politiae leges, quibus condendis optime de republica Romanorum merita est decemviralis potestas, pluribus illustrarunt CICERO in *libello* de *Legibus* libr. II. cap. 23. 24. 25. & noviori aetate KIRCHMANNVS *de funeribus & luctu* ROMANORVM Hamburg 1605. & IACOB. GVTHERIVS *de iure manium in tom. XII. thes. antiquit. Romanar.* IOANNIS GEORGII GRAEVII p. 1077. cf. Car. Fried. Walch Grundriß der Geschichte der in Teutschland geltenden Rechte, 1 Th. 1 B. 2 Abschn. 2 Hauptst. S. 73—75.

ma ex parte peti debere ex artis medicae institutis iisque vel solis inniti (78). Non dici potest, quam bene ordinata & perfecta politia instruat & civium animos alioquin obsequio reluctantes componat ad parendum, quam optimarum legum sanctam religionem firmet, & quam denique litium forensium multidinem contrahat & prolixitatem tollat! Sapienti ideo consilio FRIDERICVS GVILIELMVS, ille Borussorum rex doctoris in iure titulo insignis, primus singularem huius & cameralis scientiae constituit professionem in academiis HALLENSI & VIADRINA (79). Nec nostra aetate exstinctum est hoc studiorum genus, quod felicitatem omnium & singulorum iurium conservat & auget. Nam divino quodam in saeculum nostrum beneficio, ut alios taceam, nuperrime exstiterunt PETRVS CAROLVS GVILIELMVS L. B. ab HOHENTHAL (80), nec non generosissimus de PFEIFFER (81), qui, prementes vestigia IOANNIS HEVMANNI ICti quondam altorfini, qui praestantissimum ingenium attulit ad iurisprudentiam Germanicam, (82) ut scripta eorum testantur, ad veros sapientis politiae fontes rediere, ex iisque & suam

(78) Johann Peter Frank Hochfürstl. Speyerischen Geheimen Raths und Leibarztes System einer vollständigen Medicinischen Policey. 1. Band. Mannheim 1779. 2ter Band 1780.

(79) cf. Die von Se. Königl. Majestät in Preussen auf der Universität Halle 1727. neu eingerichtete Profession in Oeconomie, Policey- und Cammer Sachen wird bekannt gemacht durch Joh. Peter von Ludewig. Halle 1727.

(80) PETRI CAROLI GVILIELMI L. B. AB HOHENTHAL liber de politia, adspersis observationibus de causarum politiae & iustitiae differentiis. LIPSIAE apud CHRISTIANVM GOTLOB HILSCHERVM 1776. Fines causarum iustitiae & politiae egregie reguntur in commentatione quadam in dem Hannöverschen Magazin vom Jahr 1763. St. 35—36. S. 546—575.

(81) Natürliche aus dem Endzweck der Gesellschaft entstehende allgemeine Policey-Wissenschaft. 1ster und 2ter Th. Frankfurth am Mayn 1779.

(82) Ille nimirum primus iuris politiae GERMANORVM praecepta in systema quoddam collegit, & publici iuris fecit sub titulo: IOANNIS HEVMANNI iur. Prof. in academia altorfina initia iuris politiae Germanorum. NORIMBERGAE 1757.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0046
DFG

ſuam ſitim reſtinxere, & aliorum pectora irrigarunt. Ecquis ignorat, quanto ſtudio & quanta diligentia hanc, quae de politia agit, doctrinam tractaverit vir generoſiſſimus de SONNENFELS, qui iſtam artem ita coluit, ut in ea plane regnare videatur (83). Quid? plerique principes de utilitate & neceſſitate ſtudii huius politici perſvaſi, & in his imprimis REX noſter clementiſſimus hodie curarunt, ut in academiis patriis huius ſapientiae magiſtri ac profeſſores artem iſtam tradant, quae de variis civium conditionibus, fortunis atque de modis eas tam conſervandi, tam bene ordinandi & augendi praecipit (84). Et noſtrum eſt illud noſtri aevi beneficium gratis animis agnoſcere; quantumque in nobis eſt, retinere (85). Sic non opus eſt externa exempla conquirere prolixius cum domeſticis ſuperbimus. Habemus regiam domum optimam, indulgentiſſimam, omnium pulchrarum artium & humanitatis ſtudii intelligentiſſimam & amantiſſimam, REGIS amicos & poteſtatis regiae miniſtros, qui ſtudiis doctrinae elegantioris & ſapientiae vitae ac populari impenſe favent, ipſique in hoc doctrinae genere excellunt & gloriae ſunt patriae litterarum cauſa, e quorum numero nominatim illuſtriſſimi atque excellentiſſimi domini de GVLDBERG (86) & CARSTENS (87) ipſi ſcriptis elegantem doctri-

 nam

(83) Joſeph von Sonnenfels Grundſätze der Policey-, Handlungs- und Finanz-Wiſſenſchaft. Wien 1770.

(84) Sic in noſtra Muſarum ſede magno cum fructu politiae univerſae principia docet IOAN. CHRIST. FABRICIVS collega coniunctiſſimus, ut teſtantur illus. Anfangs-Gründe der oeconomiſchen Wiſſenſchaften zum Gebrauch academiſcher Vorleſungen.

(85) G. C. STOCKHAVSEN diſſ. de coniunctione iurisprudentiae atque oeconomices, politices & ſcientiae cameralis in ſpecie. Lipſ. 1768.

(86) Doctrinae veritatem, magnitudinem, & exquiſitam elegantiam magni VIRI invidi etiam praedicant, qui ſcripta eius hiſtorica legerint, in quibus delectus rerum totus eſt in legentium utilitatem e ſeveriſſima bene docendi lege comparatus; quorſum pertinet *Verdens Hiſtorie* forfattet af OWE GVIDBERG. 3 B. Kiobenhawn 1768 1772.

(87) Perſpicuitas vera & ſalutaris,

nam & sapientiam vitae atque popularem spirantibus humanitatem & salutem publicam enixissime iuvarunt. Quo magis ideo, CIVES, rem VESTRO vitae genere dignam, & patriae atque litteris plurimum profuturam faciatis, NOLITE credere omnem civilem sapientiam angustis institutionum iuris romani & digestorum circulis comprehendi, vel compendio aliquo disciplinae nostrae absolvi. Haec institutio viam tantum demonstrat, quae post ingredienda & per omnem aetatem calcanda est assidua sapientiae meditatione & studiis atque lectione omnis generis sapientum sive prudentum & philosophorum. Videte quot GRAECIA & LATIVM illud vetus, quam claros scilicit iurisprudentiae sive civilis sapientiae viros tulerint, quam promtos ad disserendum & decidendum de unaquaque quaestione! Sed isto antiquitatis aevo isti sapientes, quos admiramur, philosophorum scholis operam dabant, atque philosophiam non artem ignobilem, sed rebus publicis privatisque negotiis gerendis utilem & accommodatam, neque leve iuvenilium humerorum opus, sed virile potius putabant (88). Proficere incipiebant veterum sapientum scholis atque libellis; in istis habitabant quasi, hosque diurna & nocturna manu volvebant, ut exinde verborum ac rerum pulcherrimarum copiam sibi pararent in recentioris aevi doctoribus tandem definentes, praesertim iis, quos ex ipsis verae sapientiae fontibus sua hausisse constabat. Eandem verae sapien-

quae etiam orationis pura & clara brevitate illustratur mirum est artificium, quo VIR ille optime de patria meritus veterrimas & absconditas historiae patriae res exposuit & se autorem arguit lectione veterum historicorum bene tritum nec ullius imitationi proprie addictum. Id quod testantur doctae illius commentationes, quae exstant in vernaculam translatae in Valentin August Heinze Collegae honoratissimi Historischen Abhandlungen der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Copenhagen. B. 1. Abh. 3. S. 245. f. Abh. 5. S. 309. f.

(88) GERARDI NOODT oratio de causis corruptae iurisprudentiae.

Meine Betrachtung über die einem Rechtsgelehrten nothwendige Erfahrung vor dem zweyten Stück der Rechtsfälle.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0048
DFG

sapientiae viam GROTIVS ille prudentiae civilis amantibus tanquam regiam & unicam commendabat, dum iactitaret; *lege veteres, sperne recentiores et eris noster* — ITAQVE ET NOSTRO saeculo non in eo sapientiae civilis cultoribus acquiescendum esse putamus, ut compendiorum interpretatione & elementis iuridicis semel aut bis audiendis artis legitimae doctrinam se iam bene tenere, & omnem aetatem in eorum angustiis conferendam arbitrentur. Potius, si quis bene ac feliciter iurisprudentiae sive prudentiae civilis studia tractare velit, ante omnia sibi persuasum habere oportet compendia, quae interpretari solent doctores, semitam prudentiae civilis tantum demonstrare per omnem virilem aetatem calcandam; eumque ideo pueriliter errare, qui putet, elementis istis cognitis se perfectum causarum oratorem, aut prudentem iusti & aequi censorem posse evadere. Neutiquam iuvenilium humerorum, aut leve adeo onus est illud sapientiae civilis & popularis studium, sed quod sustinetur non nisi ingenii robore, perpetua rerum perscrutatione, lectione omnis generis philosophorum sive sapientum atque indefessa exercitatione meditandi, scribendi, differendi, edicendi — Iam hoc primum praeceptum qui animo conceperit sane magnam verae sapientiae civilis partem positam esse putabit in *modestia iudicandi*, & differet iudicia, dum & indolem & causas rerum atque aliorum sententias & argumenta cognoverit bene intelligens, paullatim demum usu, exercitatione & meditatione multa ob obscuritatem rerum plurimarum & mentis humanae imbecillitatem venire iudicandi maturitatem. Hanc sentiendi & iudicandi modestiam, prudentiae & sapientiae comitem, non modo praeceptis & verbis, sed multo magis factis & exemplo laudabant & commendabant veteres IVRECONSVLTI ROMANI vere sapientes; quibus honesta videbatur pressa & decora dubitatio

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0049
DFG

tio & valde displicebat insana eorum arrogantia, qui sibi solis a IOVE nasos datos esse putant (89). Certe de ARISTONIS Iureconsulti summi modestia ita PLINIVS SECVNDVS: *Iam quanta sermonibus eius fides? quanta auctoritas? quam pressa et decora cunctatio? quid est, quod non statim sciat? et tamen plerumque haesitat, dubitat, diversitate rationum, quas magno iudicio ab origine causisque primis repetit, discernit, expendit* (90). Qui ita de disciplinis & eruditione universa sentit, compendia, quae tyronum causa solummodo sunt comparata, ita tractabit, ut eorum ductu cognoscat universa doctrinae capita, atque intelligat, quid sit discendum, quo animus in legendis libris singulis sit dirigendus, & ut omnia, quaecunque legerit & meditatus sit ipse, ad certa capita referre & facilius possit tenere. Profecto recte & sapienter BACO VERVLAMIVS ille in aureo *de augmentis scientiarum libello* in omni disciplina caveri praecipit a nimia compendiorum autoritate, & a doctrinae praecocitate, quae exinde oriri & iuvenes scientiae verae opinione, a qua tamen longissime absunt, solet implere. Proinde his libellis tanquam crepundiis & incunabulis, ut IVSTINIANVS eiusmodi institutiones merito vocat, solummodo usis, accuratiorem & copiosiorem rerum scientiam ipsis fontibus assidue legendis sibi comparabunt verae sapientiae & solidae iurisprudentiae amantes, ne semper ea tantum expromere cogantur, quae ex compendiis & aliorum dictatis didicerint, & ne inopia argumentorum ignominiosa sane causarum oratoribus aeque ac iudicibus in decisione causarum & rerum diiudicatione appareat, quae in compendiis forsan non occurrant. Qui ipsa legum nostrarum placita assidua medi-

(89) GOTTFRIED MASCOVII oratio de modestia veterum Iureconsultorum habita HARDEROWICI 1739. Commentatio mea de causis iur. incerti p. 20.

(90) C. PLINII epistolae Libr. I. epist. XXII. pag. 41. ex edit. GESNERI.

meditatione legit atque intelligere ſtudet & veterum atque recentiorum ſapientum libellos ita ſcrutatur, ut quid in quibusque dictum ſit, quid colligi inde poſſit, ad quae doctrinae capita omnia referenda obſervet, ei nunquam ſapientiae popularis & philoſophiae vitae argumenta in vitae humanae negotiis deerunt, & in cauſis ſubinde obviis ſemper nova, ſemper clariora reperiet. Tenuis & parvus eſt doctrinae fructus, qui ſcholarum tenebris continetur; unus maximus & pulcherrimus eſt, qui in reipublicae luce apparet. Iſte veritatis & prudentiae civilis fructus ab iſtis radicibus ſolis, quas recenſuimus, ſuccum trahit & alimenta conſequitur. Quicunque ideo de publica tranquillitate, utilitate & civium ſalute bene mereri cupiat ex huius fontis beatiſſima & efficaciſſima ubertate ſapientiae rivulos ducat neceſſe eſt, ſi ſtator ſive autor non everſor aequitatis & felicitatis civilis evadere velit. Haec philoſophia ad vitae uſum comparata maxime placebat Iureconſultis Romanis & philoſophorum ſtoicorum familiae, cuius pulchrum ſane ſcitum erat; *πολιτεύεσθαι σοφὸν ἂν μή τι κωλύῃ, civitates & respublicas adminiſtrare ſapientem, ſi nihil prohibeat*: itemque *ſapientes et magiſtratus gerere et iudices agere et ſolos oratores eſſe*; *σοφὸς ἀρχικὸς δικαστικός τε καὶ ῥητορικὸς εἶναι.* (91) Quid? ex eorum ſchola EVPHRATES PLI-

(91) Optime ea, quae monuimus, evicit CAROLVS ab ECKHARTSHAVSEN in der Rede von dem Einfluſſe der ſchönen Wiſſenſchaften auf die Rechtsgelehrſamkeit ꝛc. München 1781. ubi, ut caetera taceam, hunc in modum iuvenes THEMIDIS caſtris ſeſe dicantes ad ſapientiae popularis ſtudium adhortatur: Der, den nicht die innerliche Stimme der Pflicht, nicht die innerliche Ueberzeugung der Tugend und die Liebe zum Vaterlande, zu den Wiſſenſchaften ruft, der verlaſſe den Pfad, den er betreten hat; denn Unglück für ſeine Mitbürger wird ſein Unternehmen ausmachen. Wie mich dünkt, ſo ruft das Vaterland einem jeden zu, der ſich der Rechts-Gelehrſamkeit weiht: Jüngling! überdenke die Wichtigkeit des Geſchäftes, das du über dich nimmſt; ſtudiere nicht aus Eigennutz, nicht weil es Mode iſt auf Academien zu reiſen, oder weil du dir deines Vaters Dienſt wünſcheſt, ſondern aus Liebe gegen mich: ich erwarte deine Rükkehr nach etlichen Jahren, und erwarte in dir

NIO affirmabat: *etiam hanc esse philosophiae et quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoscere,* IVDICARE, PROMERE ET EXERCERE *iustitiam; quaeque philosophi doceant in usu habere* (93). Sed dum prudentiae civilis studiosis autor sum, ut ex fontibus ipsis hauriant & VETERES sapientes potissimum adeant, indeque sensim paulatimque e pluribus quasi rivis flumen veluti aliquod civilis & popularis sapientiae in vim & magnitudinem excreturum derivent; non animus est svadere, ut ex una aliqua historiae litterariae notitia, qui mos multorum est sane inglorius, captent apud imperitos gloriolam & e varia & multa lectione autorum vulgarium, quorum libelli omnis generis erroribus, mendis, litterarum humanarum & doctrinae solidioris inscitia scatent. Optimos tenere, optimos legere atque imbibere semper mihi consultius visum. Proinde dum & iurisprudentiae cultoribus dictum illud GROTII enixe commendo; *lege veteres*: non animus est svadendi, ut ex veterum glossatorum & interpretum subsequentis aetatis aeque errantium nugis ac fabulis sapere studeant, quanquam non negem subacti ingenii & iudicii interpretes in explicandis & illustrandis iuris civilis capitibus non parvos fructus capere posse ex glossis istis graecis pariter ac latinis, uti magni nominis & doctissimi viri multis docuerunt exemplis (94). At philosophiam vitae,

einen Mann, dem ich das Wohl deiner Mitbrüder anvertrauen kann; der im Stande ist, die Rechte des Throns zu schützen, und der Herzhaftigkeit genung besitzet auch den Niedrigsten im Staate, wenn seine Sache gerecht ist, vor Fürsten zu vertheidigen.

(92) DIOG. LAERT. Lib. VII. segm. 122.

(93) Libr. I. epist. X.

(94) IOANNES LEVNCLAVIVS I. II. notatorum in thesauro iur. civ. tom. III. p. 1474. EVERH. OTTO in Papiniano. cap. IV §. 2. CHRIST. HENRIC. ECKHARDI hermeneutica iur. ex edit. CAR. FRIED. WALCHII libr. I. cap. VII. §. 303 p. 546—550. IOAN. AVGVST. ERNESTI de glossariorum Graecorum vera indole & recto usu: cuius scriptionis lectio commendanda omnibus iis est, qui uti velint glossariis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0052
DFG

vitae, quae Iureconsultis maxime prodesse possit ad vivendum & agendum, id est ipsam sapientiam popularem potissimum & primo quasi loco petendam duco ex optimis autoribus graecis atque latinis. Palam est GRAECIAE & LATII historicos nimirum THVCYDIDEM, XENOPHONTEM, POLYBIVM, LIVIVM, SVETONIVM, TACITVM in narrationibus ita versari, ut virtus, vel vitium, prudentia, vel stultitia inde colligi possint, & ut eas pariter ad suavitatem & ad summam legentium utilitatem praeceptis philosophicis sive sapientibus exornent sive illustrent. Admirabiles certe sunt in sententiis acumine & sapientia claris, quibus rerum humanarum conditionem, verborum, dictorum, factorum, & morum veram indolem diiudicarunt. Itemque aureae aetatis istius philosophi & oratores, ut DEMOSTHENES, ISOCRATES, CICERO, SENECA & alii summo cum fructu docent, quomodo exstiterint hominum res graves molientium cupiditates, & quibus affecti sint animis in rebus civium & rerum publicarum fortunam concernentibus tractandis. Puto ideo philosophiam vitae & popularem, nempe quae prosit ad vivendum & agendum in rebus publicis, hoc est veram sapientiam iurium studiosis apprime necessariam maxime esse petendam ex antiquis illis autoribus graecis atque latinis: omnesque, qui forte negent antiquitatis istius libellos fontes verae sapientiae civilis esse, eo ipso stulte indicare, scriptores istos sibi parum esse cognitos. CICERO fatetur cyropaediam XENOPHONTIS in administranda & agenda provincia sibi vehementer profuisse; itemque in oratione pro ARCHIA poeta historicorum, poetarum nominatim EVRIPIDIS singulos versus & oratorum exempla & praecepta tanquam vitae publicae & privatae praecepta laudat. Quodsi igitur ROMAE, ubi quondam CICERONIS nimirum aetate, qua iurisprudentia tota pro-

pe ieiunis formulis, & dierum, quibus lege agi posset, scientia constaret, civilem sapientiam petebant ex illorum autorum disciplina, quicunque rem publicam gerere cuperent; quidni huius nostrae iurisprudentiae cultores exinde veram ciuilem sapientiam proficuam ad res publicas feliciter gerendas & obtinendas sibi consequerentur; quorum scientiae subtilitas & dignitas nullo modo comparandae sunt cum veteri illa Romana, quae tempore reipublicae obtinebat, iurisperitia, praesertim cum consiliis suis in curia, in foro, in republica, in causis publicis aeque ac privatis, in rebus belli & pacis prodesse & debent hodie & possunt? Sed hanc philosophiam seu potius philologiam iurisprudentiae studiosis etiam hoc nomine commendaverim, quod mirabiliter adiuvat artem intelligendi atque interpretandi leges nostras tam Romanas & Pontificias usu apud nos receptas, quam Germanicas innatas — Nam Jureconsultorum ii, qui non subacti criticorum disciplina & institutis artem hermeneuticam legalem tractant, saepe verba capitum legalium ita nimis vexant & torquent disputationibus longis, obruunt congerendis omnibus antiquitatis & opinionum nugis, ut ex uno interdum loco integer fiat liber — Haec exponendi ratio nullam profecto vim habet ad bene intelligendos & applicandos textus legales. Ad tale genus interpretum & criticorum, qui scilicet magno conatu nihil agunt, iam olim saeculi fere vitio universa glossatorum schola pertinebat; & noviori aetate interpretes omnes, qui ad librorum nostrorum expositionem non attulerunt criticam artem, sine qua non est, qui perfecte sapiat in ulla doctrina. Huc me quidem iudice merito refertur IOANNIS BRVNNEMANNI uterque commentarius, tum in digesta, tum in codicem repetitae praelectionis, qui, si observationes practicas exceperis, nullam habet commendationem a litteris elegantioribus ad verum

rum legum ſenſum eruendum neceſſariis. Critica, quam commendamus, repetenda unice ex veterum autorum lectione quam latiſſime patet; nec ea ſola eſt, quae emendet autores, quamuis non inficiar critices partem, quae in emendandis locis depravatis verſatur, nobiliſſimam eſſe & difficillimam, cum emendationis ſit, ut QVINCTILIANVS *l. X. Inſt.* c. II. dixit, adiicere, detrahere, emendare (95). Iurisprudentia Romana maſcula illa & ſolida in quovis foro praeſtat certiſſimas iuris decidendi regulas (96). Sed ut maſcula ſit & ſolida, ne putemus ſufficere ſumma legum capita noviſſe, niſi ex aſſe ſimus Iureconſulti, & omnes boni interpretis partes expleamus. Male utentibus etiam utiliſſima elementa aqua & unda nocent — Sic vitio eorum, qui pulcherrima arte abutantur, ius Romanum, quod unice ſuccedit, ſi leges patriae deficiant, vagum, incertum, obſcurum redditur; & paucis exceptis, quos aequus amavit IVPITER, patres togati ita prodeunt in vitam civilem, ut in iurisprudentiae perniciem conſpiraſſe credas, immemores nunquam magis periclitari fortunam civium & reipublicae ſalutem quam ſi non ius ſed arbitrium iudicis occupaverit iudicia. Sed quid leges ſequantur, quas ignorant plane, vel negligunt officio ſuo ſatis functos credentes ſi iudiciorum formulas usque quaque obſervent? Si forſan putes nimis ſuperbe dixiſſe CRASSVM apud CICERONEM *de oratore libr. I. incredibile eſſe, quam ſit omne ius civile praeter Romanum inconditum ac fere ridiculum*; memineris tamen compoſita eſſe iura Romana a viris ſapientiſſimis omnis divini & humani iuris generis diſciplinis, & philoſophia vitae & populari pro-

 be

(95) Quanta cum religione in legibus emendandis critico interpreti ſit verſandum egregie docet CORNELIVS A BYNKERSHOECH in allocutione ad lectorem praemiſſa eius obſervationibus iuris Romani.

(96) Oratio mea de arcto iurisprudentiae & artis medicae connubio. KILON. & HAMBVRG. 1778.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0055
DFG

beinitiatis; eumque ideo dixisse, quod res est, etiam praesagio futuri saeculi, quo, depulsa barbarie, principes & respublicae hoc ius civitate certatim donarunt in iudicando eius placita observari iubentes (97). Sicuti omnes artes liberales teste CICERONE (98) commune quoddam habent vinculum; hunc doctrinarum orbem, ut QVINCTILIANVS illam disciplinarum cognationem vocat, (99) veteris prudentiae civilis antistites summum universae eruditionis fastigium attigerunt, ut ex illorum fragmentis in digestis satis apparet. Praesertim, ut hoc utar, omnia ista capita, quae ex VLPIANI scriptis in libris nostris exstant, ostendunt, illum callentissimum fuisse usu & scientia omnium politicarum & oeconomicarum etiam minutissimarum rerum. Praecipue utriusque linguae Romanae & Graecae solidae & accuratae cognitioni a prima pueritia operam dabant veteres ROMANI

(97) De praestantia iuris ROMANI eiusque causis recte iudicat PETRVS GIANNONE in der bürgerlichen Geschichte des Königreichs Neapel, Th. I. S. 32-38; ubi ille: Es ist in der That eine sehr wunderbare Sache, daß, obgleich unter den Römischen Kaisern, die bis auf den Constantin das Reich regieret haben, einige ungerecht, grausam oder vielmehr Ungeheuer in menschlicher Gestalt gewesen sind, dergleichen Nero, Domitian, Commodus, Heliogabalus, Caracalla und andere waren, daß nichts desto weniger aus ihren Verordnungen so viele Weisheit, Gerechtigkeit und Einsicht hervorleuchtet. Sie sind alle weise, klug, zierlich, kurz gewichtig, und ganz anders beschaffen, als die weitläuftigen, die nachgehends von Constantin und seinen übrigen Nachfolgern gegeben worden sind, und sich mehr für Redner, als für Fürsten, schicken. Dieses kam nirgends anders her, als von ihrer löblichen Gewohnheit, sich in Gebung derselben der Arbeit berühmter Rechtsgelehrten zu bedienen, ohne deren Rath man in Verwaltung des gemeinen Wesens, wie bey allen andern wichtigen Sachen, nichts that. Um dieser Ursachen willen sollen wir den Justinianischen Codex höher halten, als den Theodosianischen; weil Justinian den seinen auch aus den Verordnungen der Kaiser, die vor Constantin regiert haben, zusammen trug, welches Theodosius nicht that, der nur derjenigen Fürsten ihre zu sammlen entschlossen schien, die von Constantin an bis auf seine Zeit regieret hatten. Eben aus dieser Ursache bemerken wir auch, daß man einige Verordnungen, deren die Rechtsgelehrten in den Pandecten Meldung thun, im Justinianischen Codex findet, die man im Theodosianischen vermißt.

(98) In oratione pro ARCHIA poeta. cap. I. II. & III.

(99) Institution. orator. cap. X.

NI. CICERO ICtum SERVVM SVLPICIVM omnis doctrinae ſtudioſum (100) & GELLIVS illum virum bene litteratum fuiſſe teſtantur (101); & de LABEONE ANTISTIO narrat, eum, licet inter principes aetatis ſuae ICtos emineret, inferiores tamen artes non ideo neglexiſſe, quid? latinarum vocum origines & rationes percalluiſſe & hac ſcientia ad enodandos iuris laqueos uſum fuiſſe. Tantopere porro lingua Graeca apud Romanos fuit in uſu, ut pueri ab HOMERO in ſcholis non ſolum auſpicarentur eiusque carmina ediſcerent (102); ſed mulieres etiam nobiliores graeco, ſicut noſtrae gallico, uterentur idiomate, ſeque univerſim GRAECIAE moribus componerent ſecundum IVVENALEM (103).

— — — *Omnia graece,*
Cum ſit turpe magis noſtris neſcire latine,
Hoc ſermone pavent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi ſecreta.

Et Iureconſulti imprimis Graecam linguam habuerunt in deliciis; eaque tam in negotiis publicis, quam privatis uſi ſunt; id quod ſcripta SCAEVOLAE, PAPINIANI, PAVLLI, MODESTINI ſatis teſtantur, in quibus graecae & ex graecis unice intelligendae voces occurrunt (104); nec non hellenismi legales (105), ſive imitatione

(100) EVERHARDI OTTONIS orat. de vera ICtorum philoſophia, nec non de vita PAPINIANI. LVGD. BATAV. 1708. CAROLVS MOLINAEVS in tractatu commerciorum numer 775.

(101) Libr. III. de orator. cap. 33. l. II. Noct. Att. c. 10.

(102) PLINIVS libr. II. epiſt. 14.

(103) Satyra VI. V. 187. Satyra XV. V. 10

(104) Quis neſcit graecas voces eſſe iſtiusmodi legales? *Impilia* L. 25. §. 1. D. *de aur. & argent* legat. *hyperocham.* L. 20. D. qui potior. in pignor. *thlibias & thlaſias, thium, lautumias.* L. 1. §. 3. D. de aleator. *agonotheta, agoranomon, agrionithes, anatocismum, antichraeſin, antiphernam, apocham, aſylum, authenticam, apoſtolum, apophaſin, polia*, & quae ſunt aliae pandectarum voces quamplurimae, quas collegit KIRCHMAIERVS in elogiis & elegant latinor. ICtor. veterum ad digeſta pag. 29.

(105) IOAN. SALOM. BRVNQVELL

tione graecorum dicta, itemque GRAECORVM adagia, atque latinae dictiones saepe per graecas & graecae per latinas subinde interpretatae. Cum itaque quam plurima graeca in libris iuris Romani reperiuntur, ICtique Romani scripta sua subinde dictis atque sententiis historicorum, rhetorum, poetarum sive philosophorum graecorum ut gemmis illustrarunt, sicuti CAIVS in l. 233. *de verbor. signif.* XENOPHONTIS autoritate utitur & CALLISTATVS in l. 2. D. *de nundinis* PLATONIS, MARCIANVS in l. 2. de *legib.* & CLAVDIVS SATVRNINVS in l. 16. §. 6. *de poenis* DEMOSTHENIS & §. 8. HOMERI; optimo sane iure ANTONIVS AVGVSTINVS (106), *vellem,* dixit, *ut graeca lingua studiosis omnibus tam familiaris esset, quam* MODESTINO, SCAEVOLAE & PAPINIANO *fuit.* Hac lingua prorsus carere nequit, qui legum & nominatim novellarum graece conscriptarum sensum penetrare & ex graecorum ICtorum manualibus, promptuariis, eclogis & paraphrasibus veram recepti iuris Iustinianei sententiam exponere cupiat. Recte iudicavit CLEMENS ALEXANDRINVS (107), *duas esse veritatis ideas nomina nempe et res: nomina autem nihil aliud esse, quam signa rerum in eum finem iis indita, ut nobis res ipsas notificent et declarent: ideoque sicut ignoratis signis ignorentur res; ita ignoratis verbis necessarium esse, ipsas quoque res ignorari.* Hac ratione criticorum instituta, quae ex lectione veterum autorum parantur, saluberrime a ICtis in exponendis libris legalibus ad imitationem trahi posse contendo. Critica nimirum non solum versatur in verborum integritate, sententia & bonitate iudicandis, sed potissimum in sententiarum iudicio, quae indolem interiorem animorum & rerum humanarum

isagoge in universam iurisprudentiam part. gener. cap. I. in eiusdem opusculis a celeberrimo KOENIG collectis tom. II. pag. 1018—1022.

(106) Libr. I. emendat.

(107) Libr. VI. stromatum.

rum omnium exprimunt cum gravitate & acumine perſpicuo. Simili ratione ICti critici ſive veterum autorum lectione exercitati tales ſententias curioſe notant in legum expoſitione requirentes, unde ducta ſint legum latarum dictamina; quae ſit cauſa aut gravitatis aut fucatae & vitioſae diſciplinae? comparantes porro inter ſe ſimilia, & diſcrepantia; ut appareat, quae in iſtis omnibus ſit ſapientiae pars, quae prodeſſe poſſit ad vitam publicam & privatam honeſte & ſapienter inſtituendam. Priſca doctorum gens, ſi verum amemus, in eruendis pertinaci & critico ſtudio legum ſenſibus plus praeſtitit quam noſtri ſaeculi homines. Ita illa inſtituta omnia, quae in bonorum criticorum disciplina ſunt, bene ac ſalubriter vocarunt in imitationem IANVS a COSTA, VAN DE WATER, GERARD NOODT, CORNELIVS VAN BYNCKERSHOECK in exponendis locis librorum noſtrorum difficilibus; EVERHARDVS OTTO (108) in notis criticis & commentario ad imperiales inſtitutiones; ANTONIVS PEREZ in praelectionibus perpetuis in duodecim libros codicis IVSTINIANEI (109). Et noſtra aetate in his cognoſcendis, ponderandis & ad verae ſapientiae & iuſtitiae uſum conferendis curioſum ſe praeſtitit & ea diligentia, qua ſcriptorum graecorum & latinorum interpretes e genere critico ſolent, leges omnes, quae libertatis & ſervitutum praediorum nec non iuris pignoratitii doctrinas reſpiciunt (110), expoſuit & quae ad integritatem &

commu-

(108) Prodiit aureus ſane commentarius tironibus unice & enixe commendandus in GERMANIA primum cum praefatione CHRISTOPHORI FRIDERICI HARPRECHT ICti Tubingenſis; FRANCOFVRTI & LIPSIAE 1743.

(109) Terſa & nitida harum praelectionum editio ea eſt, quae prodiit AMSTELAEDAMI 1661.

(110) Factum id in edito tractatu: Verſuch einer ſyſtematiſchen Erläuterung der ſämmtlichen Römiſchen Geſetze vom Pfand-Recht: & in interpretationibus iuris civilis de libertate & ſervitute praediorum artis ordine digeſtis. LIPSIAE 1773.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0059
DFG

communem earum usum pertineant, ita protraxit, ut pestiferum iuris nostri malum, *incertitudo* scilicet, quam fieri potuit, in hisce materiis ad ultimam relegaverit THVLEN. Et sane tantus est in iuris Romani libris numerus pulcherrimarum, acutissimarum & gravissimarum sententiarum, quantum in sapientum graecorum & latinorum libellis, in quibus hic ornatus sententiarum laudatur. Proinde qui hoc sapientiae cibo GRAECIAE & LATII sapientum consuetudine ingenium alere & pectus componere ad bene & graviter dicendi, sentiendi & agendi facultatem didicerit, necesse non habebit, si ad disciplinam nostram & legum interpretationem accedat, in causis orandis & decidendis nihil aliud, quam particulam collegii institutionum & pandectarum & in eodem argumento semper eandam, quam e cathedra acceperit proferre, & iudiciorum ac fori amplitudinem in scholae angustias cogere — Ergo consilium meum est istud ARISTIPPI philosophi, qui rogatus, quaenam adolescentibus putaret discenda, ea, respondit, quae viris usui futura sunt. Namque negari nequit antiquitatem Graecam & Romanam, si etiam ab isto usu, quem in critica legum expositione praestant, discedas, magnitudinis & veritatis commune esse oraculum, quod de omnibus iis rebus, quarum disciplina in legibus nostris est constituta, plane & verissime respondet. Non est animus subtili tractatione demonstrare, quanta vis insit ad mores hominum corrigendos & formandos historiae titulo isto dignae, quae scilicet potius utilis est veritate, quam fabulis ingeniose excogitatis, quo nimis nostri saeculi ingenia inclinant — Qui illam historiae vim capere & sentire cupiat, adeat & legat libellum doctissimum, quem edidit IOANNES GEORGIVS WIGGERS collega amicissimus (111) de utilitate ex historicorum libris capienda

(111) Titulus egregii libelli est: Die Moral der Clio: ein Versuch über den Einfluß der historischen Lectüre ins mensch. Herz. Leipzig bey Hauch, 1782.

da conscripsit, qui ipse plenus est litteris, sine quarum egregia scientia nullum est iudicium veritatis, iustitiae, sapientiae (112). Solummodo potius monere e re videtur necessarium esse legum omnium iurisque rationes & causas omnes explicatas habere, quoniam nisi ratione legis perspecta, ipsius legis vim ac potestatem primo, deinde eius ad nostrarum rerum publicarum statum transferendae facultatem & utilitatem non possis cognoscere. Haec autem facultas diiudicandi & dirimendi causas in foris nostris comparari nequit sine status publici notitia ex antiquitate Graeca & Romana haurienda, quippe leges reipublicae cuiusque constitutioni sunt attemperandae (113). Recte ideo FRANCISCVS BALDVINVS (114) *iurisprudentia cum historia coniungenda est, quae coniunctio tam est necessaria, quam unius corporis indivisae partes aut membra divelli neque possunt neque debent.* Cum historia tam iuris cuiusdam universa, tam reipublicae ipsius arctissimam sane cognationem habet singularum legum historia, sive studium legum chronologicum, quod scilicit unius capitis legalis origines, interpolationes, vicissitudines & mutationes recenset, quod maxima iustitiae iactura saepissime negligitur (115). Rectissime observat SCHVLTINGIVS iurisprudentiam fere mere esse historicam (116) praesertim propterea, quod solemne veterum legislatorum fuit vitium, quod leges obsoletas & mutato

 rerum

(112) Compara, si lubet, commentationes nostras; Ueber den Geist oder die Answahl historischer Begebenheiten. Kiel, 1771. Imgleichen Betrachtung über den behutsamen Gebrauch der Geschichte. Göttingen und Kiel, 1771.

(113) IOAN. AVSL. BACHII praef. ad historiam iurisprudentiae Romanae, quae prodiit LIPSIAE 1765.

(114) Libr. II. de inst. histor. IOANNES MATTH. WESENBECII orat. de historiae praestantia. WITEB. 1589.

(115) HEINECCII praef. ad commentarium ad Leg. Iul. Papiam Popaeam. pag. XIII. editionis novissimae, quae prodiit LIPSIAE 1778.

(116) In oratione de iurisprudentia historica habita in FRISIONVM Academia a. 1712. adiecta eiusdem iurisprudent. Ante-iustinian. pag. 908. seqq. edit. de 1717.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0061
DFG

rerum ſtatu, creſcente philoſophica rerum cognitione, & moribus humanitate ſubinde magis perpolitis abrogatas potius mutarent & multis innovationibus interpolarent, quam nova plane legislatione tollerent. Hac hiſtorica & chronologica iurisprudentia non ſolum opus eſt in expoſitione legum Romanarum ſaepe disruptarum nulloque ordine acervatarum, ut egregie exemplis exquiſitis docuit beatus MEISTERVS (117); ſed etiam conciliorum conſtitutiones, epiſtolas romanorum pontificum decretales nemo recte intelligere poterit, earumque diſcrepantiam in concordiam redigere, niſi qui temporis rationes, quibus ſingulae ſuam debent originem, probe diſtinguat; id quod praeſertim GALLI in commentariis, quibus hanc iuris noſtri partem illuſtrarunt, optime praeſtiterunt (118), quorum veſtigia e noſtratibus BOEHMERI (119), BVDER (120), HELLFELDT (121) & alii ſumma

(117) CHRIST. FRIED. GEORG. MEISTERI oratio de ſtudii iuris Romani chronologici diligenter excolendi neceſſitate in eiusdem opusculis numer. XI. p. 564—593. Eadem ratione hiſtorica ſcilicet varia iuris argumenta clare & grauiter tractauit GEORGIVS LVDOVICVS BOEHMER in omnibus commentationibus, quibus huius ICti ſummi electa iuris ciuilis, quae prodierunt GÖTTINGAE abanno 1767—1778 in 3 tomis, conſtant; quae vel ob ſolam hanc virtutem tanquam diſſertationum optima exempla enixe ſunt commendanda.

(118) Videatur IOANNIS DOVIATI epiſtola praemiſſa eius praenotionibus canonicis.

(119) IVST. HENNING. BOEHMERVS in *praeſtanti de iure eccleſiaſtico proteſtantium* opere non ſolum legum origines diligenter expoſuit, ſed & ſingulare ſcriptum exaravit ſequenti titulo inſigne: *Origenes praecipuarum materiarum iuris eccleſiaſtici ex ultima antiquitate evolutae, & ad ſtudium iuris canonici accommodatae*, quae eiusdem SCHILTERO illuſtrato ſunt adiectae. pag. 287—450. Pari laude hac in diſciplina verſatus eſt magni patris magnus filius patriarum virtutum heres GEORGIVS LVDOVICVS BOEHMER in adornando egregio & novo iuris canonici & eccleſiaſtici ſyſtemate & doctiſſimis commentationibus: *de origine & ratione decimarum in* GERMANIA, GOETTINGAE 1749. de *origine iurisdictionis eccleſiaſticae in cauſis teſtamentariis* in obſervat. iur. canon. p. 106. ſeqq.

(120) Eandem rem praeſtitit CHRISTIAN. G. BVDER in libellis *de capitulationibus episcoporum* GERMANIAE, IENAE 1737. *De teſtamentis episcoporum* GERMANIAE, IENAE 1715. itemque in libello, quo expoſuit *hiſtoriam canonicatuum imperatorum regumque* GERMANIAE *ſeu praebendae regiae*, IENAE 1738. in opuscul. p. 425. ſeqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0062
DFG

ſumma cum laude preſſerunt perplexas iuris canonici diſciplinas accenſa antiquitatum eccleſiaſticarum & hiſtoriae ipſius eccleſiae face illuſtrantes, earumque rectum uſum etiam in noſtra eccleſia puriora alioquin ſacra amplectente oſtendentes. Nec deſunt, quae noſtri ſaeculi eſt felicitas, libri, qui iuris ſtudioſis viam, qua ad ſolidam iuris canonici cognitionem itur, parant, & nominatim hiſtoriam eccleſiae legumque eccleſiaſticarum explicant, ſine qua quicunque hoc ſtudium tractent caecutiunt (122). In his, quorum hac in re lucubrationes maiori apud eruditos in pretio ſunt & prae aliis expetuntur, principem locum tenent eorum, qui rem intelligunt, iudicio, IOANNES DOVIAT, cuius doctum *praenotionum canonicarum* opus ſub ſecundas curas nuperrime revocavit celeberrimus AVGVST. FRIDERICVS SCHOTT (123) & deinde IOANNES FRIDERICVS COTTA (124), IOANNES MATTHIAS SCHROECKH (125) & IOANNES AVGVSTVS STARK (126), qui ad illuſtranda eccleſia-

(121) IOA. AVGVST HELLFELDT *de ſaeculari iurisdictione in clericos delinquentes*; IENAE 1771.

(122) IOAN. SAM. BRVNQVELL *diſſ. de utilitate ex hiſtoria & antiquitate ſacris in iurisprudentiae eccleſiaſticae ſtudio capienda praemiſſa* INNOC. CIRONII obſ. iur. canon.

(123) Prodiit haec editio nova *praenotionum canonicarum*, IOANNIS DOVIATI, MITAVIAE & LIPSIAE 1776.

(124) Joh. Friederich Cottä Verſuch einer ausführlichen Kirchen-Hiſtorie des N. T. 1ſter Theil. Tübingen 1768. 3ter Theil. 1773.

(125) Chriſtliche Kirchen Geſchichte von Johann Matthias Schröckh. 1ſter Th. 1768 ꝛc. ꝛc.

(126) Geſchichte der chriſtlichen Kirche des erſten Jahrhundert, von D. Johann Auguſt Starck. Erſter Band. Berlin und Leipzig 1779. 3ter B. 1780. Pertinet huc quoque Chriſtian Wilhelm Franz Walchs, Entwurf einer vollſtändigen Hiſtorie der Kirchen-Verſammlung. Leipzig 1759. Optandum ſane eſſet, ut in omnibus academiis inſtituerentur praelectiones tales in hiſtoriam eccleſiaſticam, quales habere ſolet in iurisprudentiae ſtudioſorum uſum in GEORGIA AVGVSTA vir clariſſimus & doctiſſimus L. T. SPITTLER. Et ipſe in hac noſtra academia olim magna cum voluptate magnoque cum fructu theologiae & iurisprudentiae cultoribus pariter res antiquas & novas in eccleſia Domini geſtas narravi.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0063
DFG

clesiastica & canonica studia ex abscondita nominatim antiquitate per insuetum prioribus iter ingressi multum industriae attulerunt. Similiter plura iuris patrii Germanici scilicet argumenta historiae & antiquitatis ignaro obscura sunt & explicatu difficillima praesertim cum, ut recte observavit IOANNES CHRISTIANVS SIEBENKEES, plura iuris antiqui vestigia, inter personas nominatim illustres & inter homines ex rusticorum ordine invitis ICtis veteribus Romanam solummodo sapientiam sectantibus, usu longaevo locum suum tenuerunt (127). Et quis nescit in iure publico sacri Romano-Germanici Imperii historiam GERMANORVM & formulae regiminis nostri utramque facere paginam? Multa enim in hac nobilissima disciplinae nostrae parte occurrunt negotia legibus non determinata. Quare in gravissimis adeo iuribus saepenumero *observantia* ex historia unice petenda, quam & leges imperii sancte custodiri oportere praecipiunt (128) & *analogia*, qua dicisio legis vel observantiae ad aliam causam lege non comprehensam ob rationis vel indolis negotiorum similitudinem applicatur, in subsidium sunt vocandae. Docet id vel unica illa disquisitio docte elaborata, quam nuperrime accepimus de novi electoratus S. R. I. concessione, scilicet an & quanam ratione ex legibus & observantia imperii fieri possit (129)? At nec subsistendum est iuris Germanici cultori in solius historiae patriae & rerum Germanicarum perscrutatione; quamquam utique primum occupet locum. Potius solida iuris Germa-

(127) Multos scriptores, qui in iuris Germanici doctrinis excutiendis subsidia chronologica adhibuerunt, recenset IOANNES CHRISTIANVS SIEBENKEES in disquisitione de studio chronologico iuris praesertim Germanici. ALTORFII 1777.

(128) I. P. O. *art. III. §. 4.* ibi: *de caetero omnes laudabiles consuetudines in posterum religiose serventur.*

(129) Existat haec disquisitio in dem historischen Portefeuille. St. 12. vom Monat Decemb. 1782. Abhandlung, in wie ferne kann nach den Reichsgesetzen und der Reichsobservanz eine neue Chur-Würde im Deutschen Reich eingeführt werden?

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0064
DFG

Germanici interpretatio complectitur origines, ſedes, mores, res geſtas populorum omnium, quorum religiones, & mores publici privatique Germanicam arguunt proſapiam. Praeclaros ideo viros, quorum mens generoſa ac ſupra vulgarem ſortem elata ſeſe exercuit, honeſtiſſimus abripuit impetus non ſolum illuſtrandi patrios ſedibus immorantes gentes Germanicas, ſed etiam proſequendi in ITALIAM, GALLIAM, ANGLIAM, HISPANIAM, AFRICAM & ASIAM usque peregrinantes, & novas civitates, nova regna condentes; earumque res geſtas, mores, leges, opes, fata luſtrandi. Multum ſane ex hisci iuris Germanici fontibus remotioribus conſultum eſſe arti noſtrae omnino conſtat, modo in his omnibus utaris iudicio verae perſpicuitatis, ordine rerum & temporum apte nectendo, curioſe ſervando, locis diligenter & ad rationem legum noſtrarum apte deſignando, nihil tam laborans, quam ut ſit fides traditis, & comparetur hisce omnibus doctrina veritate potius ſimplici utilis, quam fabulis ingenioſe excogitatis decora & ſuavis (130). Hoc prudenti conſilio univerſam iurisprudentiam Cimbricam ex legibus ANGLORVM ſive BRITANNORVM, qui priſci moris patrii memoriam ſanctiſſime cuſtodiverunt, egregie illuſtravit vir ſummus IOANNES CAROLVS HENRICVS DREYER in libro ſingulari *de genuino uſu iuris Anglo-Saxonici in explicando iure Cimbrico et Saxonico* (131). Nec minus FRIDERICVS CHRISTOPHORVS IONATHAN FISCHER in hiſtoria ſucceſſionis Germanicae ex vicinorum populorum legibus & monumentis antiquis magna diligentia collegit & apte connexit omnia, quae ad illuſtrandos mores patrios pertinerent. Et quantam lucem accipiant tam Romani tam

(130) Specimen meum primum cautionum, quae in iuris Germanici privati ſtudio & applicatione ſunt adhibendae. § 5 pag. 15—18 de LVDEWIG Gelehrte Anzeigen. Th. II. S. 340. f.

(131) Praeſtans libellus prodiit. KILONII 1747. & veritatem aſſerti optime exemplorum ſylva evicit in §. 10. pag. 91—278.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0065
DFG

tam nominatim universi iuris Germanici doctrina, singulaeque illius disciplinae ex comparatione & curiosa indagatione iuris & *Danico-Norwegici* & *Suecici* etiam, & quam amice nobilissima horum iurium capita cum nostris conspirent, testantur scripta praestantissima BERNHARDI MOELLMANNI (132), FRIEDERICI CHRISTIANI SEVELII (133), PETR. KOFOD ANCKER (134), BALTHASARI GEBHARDI DE OBELITZ (135), CAROLI LVNDII (136), IOAN. OL. STIERNHÖÖK (137) atque LOCCENII. Quid? remotissimorum populorum septentrionalium, utpote ISLANDORVM carmina & traditiones, quas SAGA vocant, usum utique praestare contendo in illustratione & expositione rerum & legum antiquissimarum CIMBRORVM & TEVTONVM propterea, quod isti autores, ut ingeniose observavit TORFAEVS, vetustis carminibus suis tum ea, quae sua tempora praecesserunt, congesserunt, tum reliqua, quae ipsi viderunt, vel ab aliis visa acceperint. Certe &

(132) BERNHARDI MOELLMANNI *selecta iuris Saxonici capita de ganerbinatu, armandiis, & iudiciis Westphalicis.* HAVN. 1740. IENAE 1756. Eiusdem *Specimen elementorum processus iudiciarii Danico-Norwegici.* HAVNIAE 1742.

(133) SEVELII dissertatio *sistens notitiam iuris feudalis Dano-Norwegici.* Ienae 1745.

(134) Catalogum libellorum huius senis venerandi exhibuit honoratissimus collega HOLGERVS DE FINE OLIVARIVS in praefatione ad scriptum celeberrimi ANCKERI von der vernünftigen Verehrung Gottes. Pertinent huc potissimum illius dissertationes tres *de successione ab intestato secundum leges Danicas;* HAVNIAE 1742 — 43. *item eius coniecturae de origine & sensu septem generationis lingua Danica* Syvende Mand *termini legibus Danicis praefiniti, ut finem faciat successioni ab intestato & Regio deinceps fisco aditum ad successionem aperiat.* HAVNIAE 1544. Nec non praestantissimum opus, quod de *historia iuris Danici* conscripsit: & dansk. Lehns-Ret. Kiöbenhavn, 1777.

(135) BALTHASAR GEBHARDVS DE OBELITZ *de evictione iure naturali pariter ac Danico praestanda, nec non de eo, quod iure patrio* Uhiemmelt *vocatur.* HAVNIAE 1755.

(136) CAROLI LVNDII *Selectiores dissertationes iuridicae, quibus varia iuris Romani argumenta ex antiquitatibus & legibus Svecicis illustrantur & explicantur,* quas cum docta praefatione edidit CHRISTIAN. NETTELBLADT. GRYPHISWALDIAE 1743.

(137) IOAN. OL. STIERNHÖÖK, ius SVECORVM & GOTHORVM. libr. II. HOLMIAE 1672.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0066
DFG

& ipse in legendis istis antiquitatis monumentis observavi miram sane conspirationem, quam ISLANDIAE antiquissimus status publicus & privatus habet cum TEVTONVM antiquissima regiminis formula, sive familiarum systemata & confoederationes spectes, sive sanguinis & damni vindictam, quae ad ipsos laesi & occisi propinquos solos erat adstricta caeteris vel tertio quocunque ab utraque exclusis (138). Itaque aequitas & grati animi officium ab ICtorum etiam ordine postulant, ut debita celebrent laude beneficia, quae vir generosissimus & illustrissimus PET. FRID. DE SVHM eo in litteras communes confert, quod plura antiquitatis & historiae ISLANDIAE monumenta hactenus inedita & ob pauca apographorum exempla rariissime obvia cum versione latina in lucem publicam sumtibus suis prodire subinde curet (139). Mos ille ISLANDORVM negotia iuraque publica aeque ac statum familiarum domesticum narrationibus historicis & commentariis tradendi omnino arguit populum, qui communem olim habuerit cum caeteris septentrionalibus & nominatim cum TEVTONIBVS prosapiam, beneque tritus fuerit eorum religione atque moribus. Nam & nostris popularibus solemne erat, ut res suas, iuris praecepta & universum adeo tramitem iudiciarium, quo causae disceptabantur, conversionesque iurium varias adagiis, traditionibus, carminibus posteris tradererent.

(138) IOAN. CHRISTIAN. MAIER, *historia iuris Germanici antiquissimi circa homicidium.* §. 13. pag. 29—31.

(139) Providae viri illius curae orbis litteratus iam debet ORKNEYINGA SAGA, sive *historiam Orcadensium a prima Orcadum per Norwegos occupatione ad exitum saeculi duodecimi.* Saga HINS HELGA MAGNVSAR EYIA IARLS; sive *vitam* SANCTI MAGNI *insularum comitis*, quas edidit IONAS IONAEVS Isl. HAVNIAE 1780: deinde ISLANDS LANDNAMABOK *hoc est librum originum* ISLANDIAE, qui prodiit cum versione latina studio IOANNIS FINNAEI. HAVNIAE 1774. Leges scriptae ISLANDORVM cum Norwegicis amice conspirare & totius gentis originem Norwegicam arguere evicit Georg August Gethard ing in der Abhandlung von den Islandischen Gesetzen, Hamburg 1748.

rent. Et hoc orationis genus quidem aptissimum est conservandae memoriae. Namque sicuti abest a siccitate & ieiunitate ita cum ipsis rebus subinde se sententiis & verbis attollit supra humilitatem annalium & siccitatem praeceptorum legalium (140). Exploratum est elegantis ingenii poetam antiquitatis Germanicae hoc consilio poemate sive carmine pleno antiquae elegantiae, quod *vulpeculam*, in vernacula **Reincke de Voß** sive **Reincke de Olde** appellavit, universum veteris aetatis processum tradidisse & explicasse, quo scilicet causae fractae pacis publicae disceptari solebant. Pulchritudo operis talis est, qualem tenuis plerumque materia capit magis ab universi operis ratione, quam singularum partium habitu. Et tamen, ubi facultas daretur, mores istius aevi nominatim nobili & illustri loco natorum exquisita venustate sunt descripti & sententiae adspersae. Incredibile est dictu, quanta diligentia & lecta sunt e stercore scriptorum & monumentis antiquis & quam apte inter se nexa, quae ad huius poematis explicationem pertinerent, in commentario, quem celeberrimus IOAN. CAROL. HENR. DREYERVS conscripsit de usu huius carminis in explicando antiquo iudiciorum Germanicorum statu itemque multorum processus novioris capitum, quae antiquitate innituntur (141). Iam olim de huius carminis egregio usu in iure nostro recte iudicavit IOANNES GOTTL. HEINECCIVS (142). *Enimvero est haec saeculi nostri labes, ut pleraque, quae a maioribus nostris scripta sunt, fastidiant posteri*

(140) GEORG. TOB. PISTORII *thesaurus paroemiarum Germanico-iuridicarum*, Deutsch juristischer Sprüchwörter-Schatz, tom. I. LIPSIAE 1716. tom. II. AVGVST. VINDELICOR. 1723.

Joh. Frieder. Eisenhardt Grundsätze der deutschen Rechte in Sprüchwörtern mit Anmerkungen erläutert, Helmstädt 1759. Desselben Abhandlung von dem Beweise durch Sprüchwörter in den kleinen Schriften. Th I. S. 17—39.

(141) Joh. Carl Henrich Dreyers Abhandlung von dem Nutzen des teutschen Gedichtes Reincke de Voß in Erklärung der teutschen Rechts-Alterthümer, sonderlich des ehmaligen Gerichtswesens; Bützow und Wismar 1768.

(142) in praefatione ad tom. II. ele-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0068
DFG

steri, iisque exterorum libros praeferant, quamvis nec rerum ubertate, nec nativa verborum elegantia, cum illis comparandos. Quod ut alio exemplo demonstrem, semel me etiam usum esse memini testimonii elegantis ingenii poetae, cui VVLPECVLAM REINCKE *debemus et puduit me propemodum inde saepius illustrare iurisprudentiam Germanicam, an sues sint pecudum numero? non quod plura in eo poemate vel maxime ad rem facerent, sed ne in re seria nugas agere velle viderer. Et tamen verissimum est,* GERMANOS *non modo hoc poema multis* GRAECIAE *et* LATII *monumentis opponere posse, si iustum rebus suis pretium statuerent, verum etiam incredibilem rerum praestantissimarum thesaurum in eo esse reperturos, si a se impetrare possent, ut illud in manus sumerent* — Sic semper adhuc usum praestant & inserviunt ICtorum doctrinae pariter docendo & oblectando quae olim in pretio habita, successu temporis, alia lege lata, incerta, iniusta, abolita fiunt antiquis interdum adeo fabulis accensenda suadente subinde publica & privatorum utilitate. Quantopere ergo, dicas fortassis, a philosophia distat Iureconsultorum disciplina! Verum est absque legum morumque historica cognitione vel SOCRATEM ipsum non recte & perfecte in foro iudicaturum esse. Tale ei sane accideret, quale alia in re ALEXANDRO MAGNO eveniisse PLINIVS refert (143). Scilicet ille apud APELLEM in officina de arte pingendi imperite differens comiter ab eo perhibetur admonitus, ut potius sileret, quia a pueris colores terentibus rideretur. Nihilominus eximia haec scientia, quae rerum divinarum & humanarum naturam perscrutatur, videtur digniſſima, quam mens generosa & supra vulgarem sortem philosophiae ductu elata exerceat. Namque

 negari

mentorum iuris Germanici. Et eadem fuit sententia HOMMELI in den Reden über Mascaus ius feudale S. 241.

(143) *Natural. histor.* libr. XXXV. cap. 10.

negari primo nequit, omnem iuris ad facta applicationem philosophica fieri debere ratione sive argumentatione (144). Iam si doctrina quaevis, ergo etiam iurisprudentia, est rerum certarum bene digestarum apta & perfecta coagmentatio; si in omni scientia ordo quidam & ratio, & rerum modus requiruntur; si non, ut quisque quascunque & utcunque perceptas, aut temere arreptas legum & forensis consuetudinis particulas memoria tenet ita statim vocatur, aut vocari potest ICtus: non profecto in hac nostra, quae de legibus earumque ad facta applicatione agit, disciplina vere & perfecte doctus existimari debet, qui non humaniorum litterarum sive Musarum omnium sacris initiatus totum illum earum quasi chorum, quae principes numerentur, noverit, unius cuiusque sciat bona, in earum venerit communionem & hinc, quae subinde opus habeat, sumere vel aliis impertire possit; qui non philosophiae universae & nominatim geometriae ductu didicerit rectae demonstrationis naturam, fidem, vim ac potestatem, iustumque in veritatis indagine ordinem tenere, nec incognita pro cognitis arripere, neque pati sibi pro certis & indubitatis obtrudi, pro quibus, si penitius examinentur & ad obryzam exigantur (145), nihil inveniatur, quo fulta sint, praeter singulorum, nec quandoque magnorum virorum vel paucorum, vel plurium, vel communis etiam opinionis autoritatem. Quodsi doctrina nostra non sit philosophica, id est accurata atque ad naturalis sapientiae leges directa & exacta ex suisque causis deducta; indigna prorsus est nomine eruditionis, neque reipublicae, neque civibus, neque magistro, neque discipulis utilis — Nam si quis iudex obiter audita altera parte nec veri investigandi & legum ad rectam amussim examinandi

(144) Oratio mea *de varia iuris ad facta applicatione habita & excusa.* KILIAE 1773.

(145) L. ult. C. Theod. de *ponderatoribus.*

nandi suo satisfecerit officio, eveniet procul dubio, ut in decidendo subinde vagetur incertus, iusque omne arbitrio & cupiditatibus suis fit relictum, vel si verum videat & pronunciet, casu felici potius sublevatus faciat, quam legum religione adiutus (146). Tristis haec fuit olim conditio iudiciorum in plurimis Imperii Russiaci provinciis, quibus praetores & iudices non ex legum religione & sapientiae sive philosophiae popularis praeceptis, sed ex cupiditatum dictaminibus iura tanquam ex tripode subinde nova subinde sibi contraria reddebant. Ultima sane RVSSORVM posteritas, si, ut sperare fas est, digna & grata est adversus CATHARINAE beneficia, commemorabit pia mente DOMINAE illius humanitatem & sapientiam, quibus miseris iure incerto ac manuario huc usque laborantibus succurrit, dum inposterum legum religionem & sapientiae popularis studia in universo regno ad omnia tribunalia, suprema & infima quaeque, ad rem civicam & rusticam usque descendere providentia & cura sua iussit (147). Porro, si ab illis deceſſeris causis, in

(146) Comparetur pag. 45. huius commentationis.

(147) Miserrimam iuris vagi & incerti olim in RVSSIA conditionem & CATHARINAE magnae in promptam & accuratam iustitiam merita optime exhibent autores des Historischen Portefeuille 1 St vom Jahr 1783 Abth. 2 Ueber die Staathalterschaft in den Herzogthümern Liefland und Ehstland. S. 48—49. Das Reich bedurfte in der That einer bessern Einrichtung; und die Kaiserin hat ihm durch Einführung der Statthalterschaften eine wahre und unvergeßliche Wohlthat erwiesen. Bey der vormaligen elenden Verfassung, da man keine Gesetze und keine Richterstühle in den Provinzen hatte, mußten bloße schwankende Gewohnheiten, und vorhandene Ukasen (kaiserliche Befehle) die, weil sie zu verschiedenen Zeiten gegeben waren, einander oft widersprachen; oder eigentlicher der Eigensinn und die Einfälle des jedesmaligen Gouverneurs, als welcher in Justiz- Policey- Criminal- Finanz- und Handlungs-Angelegenheiten, Recht sprechen sollte, alles entscheiden. Ließ sich von einem Mann, der ausser dem von Jugend auf erlernten Kriegsdienst, keine Kenntniß in sein weitläuftiges Gouvernement mitbrachte, wohl erwarten, daß er so vielen und so sehr verschiedenen Vorfällen würde gewachsen seyn? Gewaltthätigkeiten wurden ungestraft verübt; der Unterdrückte behielt keinen Trost als seine stille Thräne; der Frevler, stolz auf sein allmächtiges Geld, hob sein Haupt empor; man plünderte und ließ sich plündern; keine

quibus aliquid novi petitur ac de instituenda aliqua mutatione contenditur atque litigatur de salute, vita, fama ac re domestica retinenda, in quibus nimirum publica utilitas & singulorum securitas exigunt, ut, quoad usque intentionem petitor impleverit, nihil innovetur, resque in pristino statu relinquatur, & ubi favor rei observetur necesse sit, vi cuius exploratum, ut, quamdiu actor vel accusator ius suum vel crimen non demonstraverit, reus maneat in possessione nihilque vel praestare vel pati debeat (148); in caeteris causis omnibus, ubi agatur de sola veritatis inquisitione, in quibusque, ut a nulla parte plus sit favoris, iustitia scilicet publica privataque salus requirunt, neque est cur opinio aliqua in veritatis quasi possessione constituta esse credatur, nisi aliquid, quo munita sit, appareat, in his omnibus nimirum secundum excellentissimos sapientiae magistros dubitatio de omnibus, quae non liquent, non solum est laudabilis immo sciendi principium ipsum; sed prudentiae civilis & bonae mentis etiam praecepta postulant, ne temere opinioni alicuius subscribamus, potius omnia, quae audimus, discimus, legimus ad examen serium quidem & rigorosum revocemus omnes utpote, quae

gute Anstalt gieng nach Wunsch von statten — Jetzt haben die Statthalter dem ersten Anschein nach an Macht und Ansehn zugenommen; aber sie sind keine Richter, sondern Aufseher; die Richterstühle sollen bey allen Ständen und an allen Orten auf Recht, Ordnung und Wohlstand sehen; den ehemaligen Nachtheilen wird entgegen gearbeitet; jede Provinz durch ein gemeinschaftliches Interesse näher verbunden; durch den Gehalt so vieler Richter fließt in jeden Kreis eine Menge baares Geld zurück; die neuen Städte geben der umherliegenden Gegend Anlaß zum Erwerb; die Nation bekommt Aufklärung, und wird an Gesetze gewöhnt; Recht und Gerechtigkeit erhalten freyern Lauf u. s. w. Dieß sind die wohlthätigen Absichten bey Einführung der Statthalterschaften; Diese glücklichen Folgen hat das Reich aus der neuen Einrichtung (deren Beschaffenheit man aus den von der Kaiserin herausgegebenen, und auch ins Deutsche übersetzten, Verordnungen zur Verwaltung der Gouvernements des Rußischen Reichs, bereits kennt) zu erwarten.

(148) ANTONII SCHULTINGII oratio *de iurisprudentia historica* in eiusdem iurisprudentia ante-iustinianea. pag. 929.

quae in iurisprudentia praeferuntur, autoritates ſevera philoſophiae rationalis lege expendentes atque trutinantes. Hac ratione multas legum allegationes inveniuntur, quae ad lapidem Lydium admotae longe alium, quam antea videbatur, ſenſum exhibeant; neque ita raro evenit, ut aliquo ex loco aliud & contrarium ei, quod pro indubitato habebatur, debeat concludi. Quid artis legitimae ſive boni & aequi ſtudioſis dignius, quid liberali ingenio pulchrius, quid amoenius eſſe poteſt, quam & indefeſſum vera diſcendi & falſa dediſcendi deſiderium? Procul abſint a Iureconſultorum ordine quicunque turpe exiſtiment & indecorum, quae antea ignorarint, noviſſe, & quae perperam percepiſſent, cum melioribus permutare ſententiis! Huius philoſophici examinis, cuius ope in ipſis cauſis diiudicandis utriusque partis argumenta ſerio & prope moroſe ſunt ponderanda, ut tandem apprehendamus aliquid certum & inconcuſſum, in quo pedem figere liceat, luculentum ſpecimen editum eſt in conſtitutione REGIA nuperrime apud nos promulgata, qua REX noſter probe intelligens, omnem ſecuritatem, aequitatem, & omnem certam commodorum poſſeſſionem iure & legibus niti, varietatem, incertitudinem & ambiguitatem tramitis antiqui iudiciarii ſuſtulit, quibus iudicia in DITHMARSIA ſeptentrionali olim laborabant & quae ad iniurias, ad fraudes, verbo, ad ius evertendum trahi poterant (149). Recte AVGVSTINVS, *ſepoſita iuſtitia*, id eſt neglectis philoſophica facti perſcrutatione & legis ad illud pertinentis applicatione, *quid ſunt regna? Magna latrocinia.* Viderunt triſtiſſima huius rei exempla ſuperiora ſaecula, quibus maiores iuri manuario locum dabant atque in cauſis dubiis ad ſceleſtum hoc praeſidium, divinumque, ut perverſe tunc

(149) Verordnung wegen des Juſtizweſens und rechtlichen Verfahrens in der Landſchaft Norder-Dithmarſchen d. d. Chriſtiansburg zu Copenhaven den 6 November 1782. Glückſtadt gedruckt bey Johann Jacob Auguſtin.

tunc temporis credebatur, iudicium confugiebant. Pudet fere meminisse veterum iudiciorum Westphalicorum, **Feim-Gerichte, Feimen, Frey-Stühle, Stuhlgerichte, Westphälische Gerichte,** in quibus omnia tam in legibus ipsis, tam in modo secundum eas procedendi erant pugnantia, incerta, ambigua, ad iniurias, fraudes, verbo ad capturas, iuris aequitatisque eversionem comparata (150). Taceo in terris Catholicorum tribunalium inquisitionis contra haereticos pravos abusus, quibus innocentes homines equuleo & horrendis sceleratissimorum poenis tramitis legitimi re vera tumultuarii praetextu subiicere erat facilimum; de quibus locum inveniebat illud IVVENALIS:

Inter finitimos vetus atque antiqua simultas,
Immortale odium et nunquam sanabile vulnus.
Ardet adhuc Orabos et Tertyra. Summus utriusque
Inde furor vulgo, quod numina vicinorum
Odit uterque locus, cum solos credat habendos
Esse Deos, quos ipse colit (151).

Iam olim viderunt multi viri probi & docti fraudes actorum iustitiae per nefandas artes insidiantium, multique magna aerumna optarunt iis incommodis medelam adhibere; sed res semper ob clericorum tyrannidem sacram sive in conscientias & regna adeo dominationem ibi ad nostram aetatem intra vota ignava & inutilia stetit, quippe vota facere neque artis est; neque habet laborem. Exstiterunt, quae nostri saeculi est felicitas, reges & principes sapientissimi, qui disciplinae philosophicae decretis exem-

(150) Christ. Fried. Georg Meisters vollständige Einleitung zur peinl. Rechtsgelehrsamkeit §. XIV. S. 16 — 21.

(151) Legendum de hisce iudiciis sacro sanctae inquisitionis sive potius de hisce latrociniis Die Historische Nachricht vom Ursprung, Stiftung von den Fortschritten, Grundsätzen und gerichtlichem Verfahren der Inquisition: in der Litteratur und Völker-Kunde N. I. Abh. IV. S 44 73. N. III. Abh. V. S. 230 — 254.

exemplo sanciendae curam habuerunt, quos nulla difficultas terreret, nullus labor retardaret, ubi necessitas & usus apparerent. Hoc opus in tanta ipsius humanitatis re magno animo, sed pari prudentia nuper suscepit, dum nefandum inquisitionis tribunal impatiens omnino modi & formae salutaris e ditionibus regnisque suis plane proscripsit, utriusque SICILIAE REX (152). Dignissi-

I

(152) Cum res omnino est & exemplo magna atque praeclara, iuvat integrum rescriptum Regium, quod inquisitionis religiosae tribunalia penitus sustulit, apponere ex ephemeridibus Gothanis. (Gothaische Gelehrte Zeitungen 17 Stück vom 26ten Februar 1783. S. 134—36. Neapel. Wir glauben unsern Lesern, die gewiß oft, wenn sie an die Inquisition dachten, über die gekränkten Rechte der Menschheit trauerten — ein nicht geringes Vergnügen zu machen, wenn wir ihnen folgendes Rescript des Königs an den Vicekönig von Sicilien, aus der Originalsprache übersetzt, seinem ganzen Umfange nach, mittheilen.) "Se. Majestät, welche nichts als das Beste Ihrer Vasallen, und das Glück des Staats abzwecken, haben sich auch die Sorgfalt für die Erhaltung der Reinigkeit unserer allerheiligsten Religion, als eine der ersten Sorgen der Regierung, immer sehr angelegen seyn lassen. Sie haben daher die aufmerksamste Untersuchung veranlaßt, ob die Bittschriften, welche man zu den Füssen Ihres Throns niedergelegt hat, es verdienten erfüllet zu werden. Hier ergab es sich sogleich, daß das Tribunal der Inquisition, so bald es nur in Sicilien eingeführt war, sich durch sein unregelmäßiges Verfahren in Glaubenssachen gleich den Bewohnern verhaßt machte. Ohnerachtet so viele Allerhöchste Befehle diesem Gericht zu allen Zeiten es einschärften, daß die Inquisition in ihrem Verfahren nicht von der Form abgehen dürfe, welche die öffentlichen Gesetze vorschreiben, fuhr sie dennoch immer fort, auf ihrem alten System zu beharren; spann Processe über geheime Angaben an, führte Beweise durch heimliche Zeugen, raubte dem Angeklagten die Ausflüchte, welche er nach den Gesetzen vorbringen konnte, verweigerte ihm sogar die Freyheit sich zu vertheidigen, und verurtheilte ihn, ohne daß er weder seine Ankläger, noch die gegen ihn aufgestellte Zeugen, noch den, der seine Vertheidigung unternommen hatte, kannte. Ueberdem sind Se. Majestät überzeugt, daß dieses Tribunal nie sein Verfahren abändern wird, da sogar der Groß-Inquisitor selbst, anstatt Ihren Befehlen zu gehorsamen, in seiner Vorstellung behauptete, daß gerade ein solches Verfahren, und die Unverbrüchlichkeit des Geheimnisses die Seele der Inquisition wären. Alle diese Gründe flößen Ihro Majestät die gerechte Furcht ein, daß bei einem so regellosen Verfahren, welches allem Recht eben so sehr, als der gesunden Vernunft widerspricht, leicht die Unschuld unter die Füsse getreten, und Ihre Unterthanen ungerechter weise unterdrückt werden können. Sie finden sich daher, um ihnen jede Besorgniß einer Gewaltthätigkeit zu benehmen, genöthigt, in diesem Königreiche das heil. Amt aus der einzigen Ursache ganz abzuschaffen, daß die Unschuld unter dem Schutz der öf-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0075
DFG

gnissima ergo viditur universae philosophiae materia, in qua mens legumlatoris & iudicis sese exerceat. At *iuri naturali, morali* praecipue & *politicae disciplinae* incumbendum est iis, qui sapere velint in nostra disciplina. Harum doctrinarum usus in illa arte est varius atque insignis: harum ope plurimorum iurium erui possunt rationes; hinc vera legum mens, hinc genuina earum applicatio percipiuntur. Immo si quis me audiat, ei autor sum, ut non nisi harum litterarum sacris initiatus ad iuris studia accedat; hancque ob causam FEDERI, inprimis PLATNERI, MENDELSSOHNII

sentlichen Gesetze sicher leben möge; so wie im Gegentheil der Böswicht, welcher es wagt irrige Grundsätze zu verbreiten, welche auch nur im geringsten die Reinigkeit unsers Glaubens beflecken können, die ganze Strenge der Strafen empfinden soll, welche die Gesetze vorschreiben. Ferner haben sich Se. Majestät erinnert, daß Gott eigentlich den Bischöfen, um dies alles desto genauer zu befolgen, die Sorgfalt für die Aufbewahrung des rechten Glaubens anvertrauet habe; daß es ihnen also allein zukomme, darüber zu erkennen, ob eine Meinung ketzerisch sey, oder nicht, und ob sie den heilbringenden Lehren entspreche. Sie befehlen und ordnen daher, daß das Tribunal der Inquisition in diesem Reiche ganz abgeschaft und aufgehoben werde, und daß daher die Bischöfe hinführo ihre Gerichtsbarkeit in Glaubenssachen mit völliger Freyheit ausüben können, welche Sachen sie vor ihren Gerichten mit den Dienern des Evangelii erörtern werden, und dabey übrigens die Gebräuche und Formeln jenes peinlichen Gerichts beybehalten. Um dieses alles desto leichter und genauer beobachten zu können, ertheilen Se. Majestät den Bischöfen folgende Vorschriften: 1) Sowohl in Ansehung der Welt und Ordensgeistlichen, als der Layen, sollen sie ehe und bevor sie wider den Inquisiten das geringste vornehmen den Informations-Proceß dem Vicekönig vorlegen, um von ihm die Bewilligung der Citation, oder der gefänglichen Einziehung zu erhalten; ehe sie aber das Urtheil absprechen, müssen sie aufs neue dem Vicekönig den Proceß vorlegen, damit die Junta untersuche, ob alle Acten gesetzmäßig sind. 2) Während der Vertheidigung, welche der Beklagte zu führen hat, sollen ihn die Gerichtshöfe nicht in einem engen und geheimen Gefängniß halten, sondern ihm, gleich wie andern bürgerlichen Gefangenen, mehrere Freyheit lassen, und ihm auch zugestehen an jedermann zu schreiben. Auch soll bey jedem Vertheidigungsacte ein Advocat für den Beklagten zugegen seyn, welchen die Junta ernennt, so bald sie ein weiteres Verfahren gegen den Inquisiten zugesteht. 3) Endlich soll in allen Citationen sowohl der Beklagten selbst, Geistlicher und Layen, als auch der Zeugen, von den Gerichten die besondere Art des Verbrechens benannt werden, weswegen diese Citationen ergangen sind."

Den 23sten Merz 1782. signat.
Il Marchese
della Sambuca.

SOHNII (153), nominatim quoque ANGLORVM philosophorum aliorumque scripta, quae egregias de natura atque indole hominum, eorum virtutum atque vitiorum causis & impedimentis spirant sententias, nocturna diurnaque terat manu. Nam sicuti partes rei publicae omnes, quibus salvis & ipsa salva est, nosse oportet eum, qui utilitatis & salutis ratione reipublicae gubernacula, si ita Deo visum, capessere velit; ita simili ratione hominum indolem & naturam, bonorum praesidia, malorum incitamenta & remedia ad usus temporis sui fideli memoria tenere debet, qui regendis civibus per iustitiam recte & fideliter agere & quae fidei suae credita sunt ingenue curare cupiat, neque agere pro arbitrio non tam, utrum vera, hominum naturae convenientia & salubria sint, quae gerit, quam an defendi queant sophisticis rationibus laborans. Expediret sane reipublicae, ut omnia, quantum fieri potest, praesertim in ea, quae de criminibus agit, disciplina legibus essent definita, iudicesque quasi ex formula tantum agere possent, & ut quam pauciſſima relinquerentur iudicantium arbitrio, cum paucis utique datum sit, remota erroris nebula, iustum ab iniusto, aequum ab iniquo recte & accurate discernere. Namque falluntur vehementer, qui pro legum paucitate contra earum multitudinem disputent (154). Sed dolendum est quaestiones quam plurimas, quae in iure publico aeque ac privato certe Germanico oriri solent, legibus non esse decisas, multisque in capitibus iura nostra manca esse & obscura quam plurimis sano iudicis arbitrio

(153) Nominatim hoc nomine commendare iuvat Ernst Platners Philosophische Aphorismen, nebst einigen Anleitungen zur philosophischen Geschichte. Erster Theil im Dyckischen Verlage. Leipzig 1776. 2ter Theil 1781. Compara, si lubet, Gothaische Gelehrte Zeitungen vom Jahr 1783. 17tes Stück. S. 129 — 134.

(154) I. L. E. PÜTTMANNI prolusio de arbitrio iudicis & foro iudiciisque eliminando, Lipsiae 1771.

relictis. Neque nimis severum videtur elogium LEYSERI de illo libro, quem CAROLVS V de iudicio capitali publicavit, & quo etiam adhuc in GERMANIA utimur (155). Ita enim ille: *Inter omnes iureconsultos quotquot unquam consiliis principum adhibiti sunt, nulli ineptiores fuerunt iis, per quos* CAROLVS V. *Imperator suas de criminibus leges compilavit. Exegerunt illi monumentum insciitiae suae, inertiae, indiligentiae aere perennius, quod nulla unquam deletura est vetustas. Totum ius mancum, mutilum, obscurum, et sibi ipsi contrarium est.* Inde sane evenit, ut in multis iuris nostri capitibus in controversiam vocari, negari, oppugnari videas talia, quae & sunt & esse debent evidentissima, &, ubi quis argumentis solidis teneatur constrictus, ad distinctiones decurri aliquas fictas & mere commentitias, quibus indubitata quaevis eluduntur. Ab hac deformi rerum & aequitatis perturbatione nulla alia res liberare potest nisi lautissima verae philosophiae nimirum *moralis* & *politicae disciplinae* supellex, optimorum in hoc disciplinae genere scriptorum perpetua lectio ac pertinax praestantissimorum thesaurorum, quae illic latent, veluti effossio. Egregia ergo est MARCIANI ICti professio de iudicis & magistratus officio & egregiae sunt leges iudicandi & sentiendi, quas e philosophia morali & humanitate petitas ipse in ordinis nostri conventibus patriae speciem habentibus observandas sanxit. Ita enim ille *in l. 11. D. de poenis*, quam OLDENDORPIVS (156) multo plus praestare quam totum illum librum de iudicio capitali putavit: *perspiciendum est iudicanti, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causa deposcit; nec enim aut severitatis, aut dementiae gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, quoad quaeque res expostulat, statuendum. Plane in levioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debent; in gravioribus poenis seve-*

(155) In praefatione ad HERZOGII syll. resp. crim. selector.

(156) Act. for. Ll. VII.

severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi — Pari ratione princeps in legibus sanciendis nunquam non in animo habere debet summam legem sibi esse restitutionem salutis publicae ex humanitatis & philosophiae praeceptis petitam; alteram, ut omnia sua consilia & decreta ab illa ut a capite ducantur iisque cum illo principio & inter se perpetuus constet consensus. An sapientia sive philosophia popularis ipsa, si se oculis nostris faceret conspicuam, leges optime imperandi dictura populorum arbitris, meliorem promulgare potuerit, hac, quam SENECA (157) commendat dicens? *conditum imo constrictum apud me est ferrum. Summa parsimonia etiam vilissimi sanguinis. Nemo non, cui alia desint, hominis nomine apud me gratiosus est. Severitatem abditam, clementiam in promptu habeo.* Qui hanc professionem unam dignam iustitiae sacerdote non tantum habet in verbis, sed eam totam ab intimo pectoris sensu ducit, factis quoque comprobans & alienus erit a more philosophis scholae non vitae sapientiam sectantibus saepe exprobato, ut magnas loquantur sententias, & minutos sensus corde premant, quos subinde factis sordidis produnt; potius istius facta, responsa, iudicia atque sententiae a verbis nunquam discrepabunt. Nunquam neque per auri, argenti & praemiorum illecebras, neque per autoritatis corruptelam eo usque a recta sanae rationis & religionis via abduci poterit, ut iudicando virtutem, pietatem, humanitatem laedat, fidem corrumpat, morum atque vitae integritatem perturbet. Recte SOCRATES solitus erat eos exsecrare, qui honestatis & utilitatis naturalem coniunctionem distraherent legemque summam imperandi & iudicandi in eo ponerent, ut utilitati propriae omnia alia divina & humana cedere vellent (158). Ita est, iurisprudentia una difficilior est omnibus

(157) De clement. I. I.

(158) Horrendum stultitiae & crudelitatis parasiticae exemplum illud iudicium est, quod olim in GALLIA

pacis artibus. Nam si quis eam perfecte teneat, in exercendo magnae difficultates obiiciuntur. Certe in virtutibus istis, quibus iurisprudentiam ad publicam utilitatem conferre volenti opus est, regnat *temperantia*, cuius vis est, ut cupiditatem, iram, avaritiam in potestate habeat, neque ab iis se vinci patiatur. Facilius est alios vincere, quam se suasque cupiditates, adversarios dulces & iucundos, cum quibus quisque solus pugnat. Terrarum orbem fere subegerat ALEXANDER MAGNVS; sed fuit victus ab ira; libidinis servus; adulatorum mancipium. Recte omnino vir clarissimus IOANNES CHRISTIANVS FRIEDERICVS MEISTER animi robur ex religione & intima philosophia petendum commendat iurisprudentiae cultoribus, quo opus habent ad pericula contemnenda & illecebras reiiciendas, quae blande vestigant, atque virtuti insidiantur (159). In docendo porro nihil profecto miserius est, quam non satis tritum esse in istis, quae ad philosophiam popularem pertinent, disciplinis.

tulerunt iudices, quorum sententiae commissa erat salus IACOBI DE BEAVME domini de SAMBLANCY, in quorum de iustitia & acquitate idea magnam latebram fecerat reginae FRANCISCI II. matris insidiosa calliditas. Exstat processus huius epitome in der Litteratur- und Völker-Kunde, Num. 10. vom November 1782. Abhandlung VI. Samblancy eine Historische Erzählung S. 475 — 480.

(159) In seiner Abschiedsvorlesung über das Juristische Studium besonders auf Academien. Berlin und Stralsund 1780. S. 12 — 14. Nur dies sey mir erlaubt in eine unvergeßliche Erinnerung zu bringen, daß neben viel Gutherzigkeit doch kein Stand mehr Stärke der Seele und eine männlichere Stimmung erheischt, als der unsrige, auf daß wir Kraft haben jeder Leidenschaft Herr und Meister zu werden, wenn ihre Forderung das Recht beugen will, und nicht mit unsrer allerneuesten Zeit zu tändeln, wo wir wirken sollten, oder zu empfinden, wo unser Ohr allein der Stimme der Wahrheit und der Gerechtigkeit offen seyn darf. Und wollen wir dies Ideal erreichen, so muß unbeugsame Gleichmüthigkeit unsre Herzen dem feinen Gift der Schmeicheley verschliessen, die gerade den besten Menschen leichter zur Bestechung wird, als Gold; Felsenfeste Redlichkeit muß uns zu Papinianen umschaffen, die keinen Brudermord vertheidigen, auch wenn er von Kayserhänden käme; und Erhebung unseres Gefühls vom Kindischen zur Mannheit muß die Kraft in unsre Seele verpflanzen.

nis. Nam per istam philosophicam docendi rationem solam omnia non modo recte & accurate proponuntur & a discipulis percipiuntur; sed auditores quoque hoc consilio, quod maius etiam est, mature assuefiunt in discendo atque cognoscendo diligenter versari. Atque haec peculiaris est virtus humaniorum litterarum omni solidioris doctrinae generi proficua, quod in earum disciplina maxime requirantur diligentia & cura; & ideo consuetudine animadvertendi diligentius acuantur diligentia & animadversionis atque serio meditandi contentio, quarum magna vis est in omni vitae atque doctrinae genere. Natura ipsa nos acuere videtur ad diligentiae accuratae sensum. Quod accurate factum solummodo probatur & placet, quod secus displicet & improbatur omnibus, qui, quid pulcrum sit, sentiunt tum in rebus gravibus & magnis, tum in levibus & ad delectationem comparatis. Musici quantopere sequuntur accuratam artis suae tractationem & offenduntur, si quod discrepet! Quidni ergo in arte, quae salutis publicae & privatae regulas tradit, doctores eo omnem mentis vim intenderent, ut perspicue, recte, acute & eleganter philosophiae popularis ductu dicta & praecepta tradant? Et habemus quoque doctores, qui scriptis & dictis studuerunt varia iuris capita cum philosophiae popularis studio copulare. Ita IVLIVS FRIEDERICVS MALBLANC celeberrimus Altorfinus antecessor universam de iureiurando doctrinam hac philosophica, quam commendamus, ratione ita tractavit, ut secundum religionum periodos, quarum penitior indagatio ab omnibus interpretibus huc usque fere praetermissa fuit, & mutationes legum a diversis hominibus varioque tempore latarum universam de iuramento doctrinam eiusque fata illustraverit religionum placita respiciens atque praecipua veterum autorum cum

ipsis

ipsis legum argumentis subinde connectens (160). Etenim veteris scholae interpretes etiam hac in re ut in caeteris omnibus incerti saepe vagabantur, neque ubi consisterent, habebant; dum non rationes philosophicas generales, quibus via sequentibus paratur, praemittebant a philosophia populari sive sana ratione deductas; sed e contrario volumina componebant nullo ordine disposita, quae mole sua lectorem fatigant, & neglectis ac remotis philosophicae & accuratae interpretationis auxiliis ineptas canonum traditiones spirant adeo, ut bona malis mixta non nisi temporis dispendio possis secernere. Idem eadem ratione praestitit CAROLVS HENRICVS GEISLERVS in doctis commentationibus, quibus perplexam huc usque doctrinam de landsassiatu illustravit (161). Quodsi nulla esset philosophicae doctrinae commendatio in iure nostro, quatenus vera iuris legumque notitia est & ex ipsis legibus repetitur, ab utilitate ac diligentia accurata in discendo & docendo; tamen vel exinde maxime expetenda esset a iuris doctoribus propterea, quod in omnibus iis rebus & quaestionibus, quae expressa lege vel parum accurate, vel plane non sunt definitae & compositae, sed iudicis religioni relictae, sine philosophiae sapientia nemo cum fiducia poterit versari potius ad singulos prope gradus trepidare metu ac periculo lapsus. Exploratum est *recursum ad comitia*, quo victus status imperii in comitiis congregatos super gravaminibus sententia tribunalium imperii illatis tollendis implorat, invaluisse quidem a primis saeculi XVI initiis; sed, sive ad fundamentum, sive ad exercitii limites spectes, nullis legibus publicis esse descriptum (162). Quare tum de fundamento legali recursus illius;

(160) IVLII FRIEDERICI MALBLANC *doctrina de iureiurando e genuinis legum & antiquitatis fontibus illustrata.* NORIMBERGAE 1782.

(161) prodiit libellus primus harum commentationum MARBVRGI 1781.

(162) Recte PÜTTERVS illustris

lius; tum de gravaminum, quae iustum illius usum constituant, natura & indole, tum de modo eum exercendi, tum denique de effectu eius suspensivo acres subinde oriri solent inter iuris publici Germanici doctores disceptationes & bella fere omnium contra omnes. Hisce in erroribus nulla alia via est ad accuratae doctrinae facultatem iustamque disputationum decisionem, nisi quae ducit per philosophicas tum historiae, tum indolis ipsius negotii aliorumque negotiorum, quae similitudinem cum illo habere videantur, exercitationes crebras, diuturnas, constantes. Hanc viam qui sunt ingressi facili observarunt negotio, natales recursus illius minime, ut perperam visum est IOANNI GEORGIO ESTOR (163), ex pristino iudicio principum esse repetendos, cum doceri nequeat, comitia nostra dicasterii speciem sustinere & in iudicii principum locum successisse (164); sed eos rectius esse arcessendos ex potestatis legislatoriae & iudiciariae imperatoris & statuum consortio (165); cum exinde constat &

sentit in der patriotischen Abbildung des Zustandes beyder Reichsgerichte cap. 10. §. 247. S. 86. Des Recurses; so wie er heutiges Tages genommen wird, ist in keinem einzigen Reichsgesetze nur mit einem Buchstaben erwähnet, geschweige denn ordentlich gegründet, & in nota paginae 86. sub litt. r. subiecta: die Stelle, die man aus dem westphälischen Frieden art V. §. 56. hieher zu ziehen pflegt, handelt offenbar nicht vom Recurse, als einem beschwerenden Rechtsmittel, sondern von Remission der Sachen und Partheyen an den Reichstag in solchen Fällen, da die Reichsgerichte wegen zweifelhafter Auslegung der Gesetze, oder der Religionsgleichheit nicht fortfahren können. Die einzige Stelle, wo zuerst in der Wahlcapitulation Carls VII. art. VI. §. 3. der eigentlichen Recurse Erwähnung geschiehet, dienet um so weniger zu deren Begründung; als sie nur davon redet; wie den in leztern Zeiten bey Ermangelung des remedii revisionis ad comitia genommenen recursibus Ziel und Maas zu setzen sey.

(163) *in libello de iudicio principum fundamento & radice* PROVOCATIONVM AD COMITIA. IENAE 1741. c. 7. pag. 166 seqq.

(164) de SENKENBERG *de iudicio principum in dissert. III. de recursu ad comitia §. 23.*

(165) FVETTER in element. iur. publ. German l. IV. c. 3. §. 580. FLOERKE in diss. de consortio imperatoris & statuum imperii in potestate legislatoria & iudiciaria genuino fundamento recursus ad comitia p. 97.

nemo in dubium poterit vocare comitia tribunalibus imperii esse superiora, iisque omnino competere supremam inspectionem, vi cuius curandum est, ne imperii tribunalia quicquam statuant legibus & iuribus contrarium, unde tam universa GERMANORVM res publica, tam status imperii detrimenti quid capere possint. Porro nulla alia ratione, quam philosophica, quam commendamus, ipsius negotii eiusque finis reipublicae proficui indagatione limites remedii huius reguntur, quos si confundas, utilissimum alias iustitiae conservandae remedium in rei publicae perniciem & iniustitiae adminiculum abeat necesse est. Ea enim est huius remedii ratio, ut, si verum & iustum amemus, non ob cuiuscunque generis gravamina statibus a tribunalibus imperii illata ad comitia provocare eorumque emendationem petere liceat; sed solummodo ob gravamina communia sive ob violationes iurium omnium statuum communium, quae, ut his utar, in electo tali procedendi modo & in eiusmodi principiis assumtis continentur, quaeque per regiminis imperii formulam & leges valere atque ita statui nequeunt sine consensu statuum imperii comitiali. Ex hoc gravaminis communis capite sumtis principiis tantummodo inniti ad comitia imperii recursum ipsis rerum comitialium argumentis testatissimum, ac ipsorum CAESARVM professionibus (166) atque ex naturali istius remedii ratione, re penitius & philosophiae consilio perspecta, optime evicit vir summus GEORG. LVDOVICVS BOEHMER in libello: *de grava-*

Joan. Carol. Henric. Dreyer Samlung vermischter Abhandlungen Abh. III. S. 1158. DE SELCHOW elementa iur. publ. tom. I. L. I. c. I. S. I. Tit. 10. membr. II. §. 297. p. 293.

(166) Ita imp. a. 1701. So können wir noch in dieser Sache, da des Bischofs Andacht sich gegen dasselbe (Cammergericht) insgesamt directe beschweret, und seine Beschwerde als ein wegen der Consequenz gemeines gravamen bey gegenwärtiger Reichsversamlung schon angebracht, die mehrsten Stände auch ihre Displicenz darüber zu erkennen gegeben, dieselbe nicht ungehört lassen. Hr. v. Moser vom Recurß S. 113.

gravamine communi S. R. I. statuum (167). Simili ratione in caeteris iurisprudentiae disciplinis omnibus vix operae pretium facient autores, nisi inventa & meditationes eorum a philosophia regantur. Namque iura omnia sicuti pleraque mortalium inventa ab initio tenuia sunt & rudia, eamque ob causam minus late patet eorum utilitas, sed ea cum e manibus autorum accepta tractentur ingeniorum elegantium diligentia & sapientiae sive verae philosophiae cura, non modo subinde fiunt luculentiora, utiliora, iucundiora; sed incrementa etiam accipiunt, quae plus prosint prima tenuitate. Solemne quidem erat veterum ICtorum vitium, ut ab illa elegantia philosophica destituti inanem rerum opinionem susciperent, & propter inscitiam bene & accurate cogitandi atque eleganter dicendi, verborum usitatis potestatibus aut temere mutatis, aut novis veterum rerum verbis excogitatis, putarent, se protulisse novas res ingenio suo excogitatas. Saepissime queri audivimus & veterum libelli testantur; superioris aevi iureconsultos responsa & iudicia sua ea verborum obscuritate involvisse, ut a pauciſſimis intelligi possent, vel tanta inutilium verborum copia obruisse, in iisque elaborandis per tantas esse vagatos ambages, ut a legendo prope deterrerent, plusque laboris & molestiae sustinendum esset in intelligendo, quam eo agendo inde sperari posset utilitatis — Enimvero tantum abest, ut ad inanem iactationem & ad solam capturam comparatus fuerit omnis rituum & formularum inventus, ut potius in eo eluceat mirum artificium, quod dictis & factis in gerenda republica conciliat splendorem ac decus quoddam (168). Qua de re id non solum ROMANORVM; sed etiam

(167) Exstat in eiusdem electis iuris civilis tom. II. exercit. V. pag. 228 — 268.

(168) IOAN. GOTTLIEB HEINECCII *oratio de iurisprudentia formularia in eiusdem sylloge opusculorum variorum* exercit. X. n. 12. pag. 443.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0085
DFG

GERMANORVM erat consilium, ut domi & foris omnia negotia publica decoro ritu verbisque ad maiestatem compositis explicanda iudicarent, ut multitudo, quae non sapientia sed impetu & temeritate ducitur, hac offusa oculis caeremoniarum religione ad concipiendam reipublicae adducerentur maiestatem (169). Et aequum omnino est, ut tenaces simus in servandis istis formulis atque verbis, quae gravitatem quandam conciliare possunt negotiis publicis & interiora artis nostrae principia & antiquitatis legalis praecepta in foro subinde observanda breviter comprehendunt (170). At hoc gravitatis, brevitatis & antiquitatis studium non ita in servitutem abire debet, ut nominatim in

(169) AVGVSTINI A LEYSER meditationes ad D. specim. V. medit. 3—4.

(170) Valde mihi placent, quae hac de re disputata sunt in einem Schreiben vom 3ten Januar an den Herausgeber des deutschen Museum in desselben 3ten Stück vom Jahr 1780. numer. 10. S. 287. 88.

"Wär es aber nicht schön, wenn man die sämtlichen lateinischen Kunstwörter gänzlich ausrottete? Es wäre, sage ich; wenn es nur auch möglich und rathsam wäre. Wenigstens erfordert es überaus viel Behutsamkeit und folglich viel Zeit und Abwartung. Die Urtheilsverfasser könten hier die wahren Tongeber seyn: allein wenige einzelne Versuche ausgenommen, finden sie besser, die Sache im alten Gleise zu lassen. Man kan ihnen nicht Schuld geben, daß sie hierzu keine Ursache hätten. Das lateinische Kunstwort hat schon den ganzen Begrif der Sache, die es bezeichnen soll, durch Schicklichkeit, oder verjährtes Einverständniß, bei sich; die deutsche Nachbildung soll erst noch diesen Vorzug erwerben, ist auch meistens ein Misversuch, und dient oft Verwirrung und Zweifel bey Richtern und Gegnern folglich gerad am gefährlichsten Orte zu machen. Der wackere Jurist bleibe also getrost bey seinen lateinischen oder deutschen Kunstwörtern. Richter und Gegner verstehn ihn ja; und das ist genug. Er hüte sich sogar vor den neuern Uebersezungsversuchen, ehe sie nicht überall juristisches Bürgerrecht gewonnen haben. Eben so behutsam gehe er der allzueigensinnigen Sprachklauberey aus dem Wege. Es ziemt ihm nicht, neue Sprachwendungen zu erfinden, und die Sprache zu bereichern: er lasse die andern Schriftsteller in diesem Felde vorarbeiten, und brauche davon, was für ihn zu brauchen ist. Der juristische Stil sei also simpel, unverworren und richtig, ohne Prunk, ohne Ziererei, so wird er zu seinem Endzwecke Brauchbarkeit genug und überdies den Ruhm des Körnigen haben. Ist nicht dieses Körnige, dieses kraftvolle Gedrungene der Vorzug unsrer besten Scribenten? Ist es nicht unsers Wielands eigenthümlicher Zug? und kan es seinen Werth verringern, wenn man deutlich sieht, daß dieser Zug wirklich juristischen Ursprungs ist?

in partium petitionibus non tam rem, quam verba respiciamus & ob errorem in syllaba sive in formula quadam iusta alias & aequa petentem causa cadere patiemur. Quam nimiam solummodo formularum religionem, nimiamque verborum capturam e foris & iudicio salutari sane consilio proscripsit CONSTANTINVS imperator in rescripto ad MARCELLINVM PHOENICIAE praesidem directo: *iuris formulae aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur* (171). Namque imperatorem istum hoc nomine non omnem antiquam gravitatem penitus proscribere voluisse, aperte intelligitur, si comparemus cum illo rescripto titulum C. *ut iudex suppleat, quae desunt advocatis*; & *leg. 66.* D. de *iudiciis*: *si quis intentione vel oratione ambigua usus sit, id, quod utilius ei est, accipiendum est* (172). Sed si discedas ab isto dicendi genere ICtorum, in quo specialis tum rei gravitas, tum doctrinae nostrae antiqua praecepta sive inventa decoram requirunt verborum antiquitatem; in caeteris scribendi & dicendi generibus omnibus ICtorum eos praeferendos omnino esse, qui bene & accurate cogitata ad perspicuitatem breviter & ad oblectandum eleganter possint explicare, non sinunt nos dubitare res ipsa ac pariter sana ratio. Cum enim cuiusque doctrinae studia promovere debeant hominum utilitatem, quo referunt omnino intelligentiam suam & prudentiam qui in iis versantur; melius profecto est iudice CICERONE (173) clare & bene eloqui modo prudenter, quam vel acutissime sed sine eloquentia & cum obscuritate, qua saepe accuratae scientiae ignorantia & incertitudo involvuntur, cogitata proferre. Nam cogitatio, quae intelligi nequit, in se ipsa tantum convertitur; eloquentia autem complectitur alios, quibus prodesse debe-

(171) Titul. C. de *formulis & impetrationibus actionum sublatis.* (L. II. C. Tit. 58.)

(172) AVGVSTINI A LEYSER medit. ad D. specim. 5. Medit. 3.

(173) *Officiorum* libr. I. cap. 44.

debemus ac volumus. Ex eo scriptorum & dictorum genere, quod venustate & elegantia plurimum valet, sunt istae scriptiones omnes, quae res concernunt politicas ut iura belli & pacis, foedera, negotia legatorum; deinde preces ad principem eiusque amicos directae & quae sunt huius generis alia. In hisce libellis omnibus late patet illa eloquentiae vis, quae disciplinas, orationem, sermones & vitam hominum ipsam diligentia & elegantia sua regit, fingit atque perpolit. Et habemus quoque CHRISTIANVM AVGVSTVM BECK; IOANNEM STEPHANVM PVTTERVM & generosissimum de SONNENFELS (174) illos ingenio, iudicio, philosophiae popularis elegantia & venustate excellentes, qui ipsi periti in bene & recte cogitata & medidata eleganter & perspicue explicando tanquam elegantiarum iuridicarum promicondi regulis atque exemplis vim ac potestatem istius elegantiae sensus ostenderunt, quo incitante iurisprudentiae vitae & popularis cultores mature sese conferant ad artes eas excolendas, per quas ille venusti & elegantis sermonis sensus acuitur, & elegantia ipsa paratur in iudicando, in delectu rerum, in dicendo & scribendo. Praesertim dici non potest, quantam habeant commendationem reorum defensiones a rerum delectu, & eleganti & venusto dicendi genere; & quantopere defensio quidem brevis, sed quae proprium veluti habet characterem elegantiae exquisitum, quo tenues natura & horridae res nitescunt, animos iudicum permulgeat atque ad sententiam mitissimam

(174) Christian Auguste Becks Versuch einer Staatspraxis oder Canzley-Uebung aus der Politic, dem Staats und Völker-Recht. Wien 1754. Johann Stephan Pütters Anleitung zur juristischen Praxi, wie in Teutschland so wohl gerichtliche, als ausser-gerichtliche Rechtshändel, oder andere Canzley- Reichs- und Staats-Sachen schriftlich oder mündlich verhandelt werden. Göttingen 1765. Des Herrn von Sonnenfels Ankündigung seiner Vorlesungen über den Geschäfts-Stil. Wien den 9ten August 1780. im deutschen Museum im 10ten Stück vom October 1780. S. 30—312.

mam imponendam inducat (175). Contra odium, contemtum atque nauseam lectoribus pariunt defensiones, quarum autores toti fuerunt in eo, ut allegationes legum & interpretum coacervarent sanae rationis & aequitatis argumenta omnio negligentes. Inter omnes, quae unquam fuerunt elaboratae, defensiones principem sane tenet locum CICERONIS pro T. ANNIO MILONE oratio, quae perfectissimum est defensionis ex capite inculpatae tutelae exemplum. Nihil profecto in hoc genere exstat melius. Et hanc defensionem nostri causarum patroni, si saperent, imitari deberent. Scripsit CICERO secundum ASCONIVM PEDIANVM in commentario ad CICERONIS orationes (176) illam orationem ita perfecte, ut inter illius orationes iure prima possit haberi. Qua de re & laudandum est celeberrimi IOANNIS CHRISTOPHORI KOCH academiae Giessensis inclyti cancellarii consilium, quo elegantiae & philosophiae popularis sensu singulari libello imbuere studuit eos, quicunque reorum defensiones rite & cum effectu tractandas suscipere velint (177). Asperrima sane est iuris disciplina, ubi legis strictae applicatio ita in servitutem & amaritudinem degeneret, ut & illi, qui defendendi adhuc erant, subitis accusatorum criminibus opprimantur, & ubi verborum cortici ita inhaerendum, ut nulla iustae defensionis momenta eorum, qui aliorum iniuria vel malitia fato sat infelici seducti sunt, iacturam possint reparare (178). Hanc disciplinae nostrae severitatem & hodie in BRITANNO-

(175) AVGVSTINI A LEYSER meditat. ad D. spec. 562. med. 25.

(176) pag. 2781.

(177) Anleitung zu Defensions Schriften nebst Mustern von D. Johann Christoph Koch. Giessen 1775.

(178) Qui in eam disputat sententiam, ut iuris stricti & duri interpretatio ex aequo & bono olim facta sit improbe a praetoribus Romanis, eosque adeo iuris civilis eversores esse appellandos, adeat asperrimam BRITANNORVM iuris disciplinam, ex qua ne latum quidem unguem a duro verborum cortice recedere licet secundum scilicet legum mentem &

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0089
DFG

TANNORVM alioquin humanitatis amantium iudiciis, quod mirum, usitatam humanitatis amore sapientiae popularis consilio exstinguere iam olim studuit PAVLVS ICtus, dum *in libro sententiarum* omnibus reis, & ne sceleratissimis quidem hominibus exceptis, defensiones haud denegandas esse hunc in modum enunciavit: *defensionem quocunque tempore, postulante reo, negari non oportet, adeo ut propterea et differantur et proferantur custodiae* (179). Atque caeteri etiam libelli non tam ad ingenii doctrinaeque gloriam scripti, quam ad vitae civilis necessitatem, ut responsa de dubiis iuris quaestionibus, & causarum in iudiciis

rationem, ubi exinde summum ius saepissime summa in humanitatem & iustitiam fiat iniuria. Gravissimas subinde esse rationes, cur potestas magistratibus esse debeat iura edictis suis in facta temperandi ostendit sequens detestandum severae disciplinae exemplum, quod exhibent autores, des politischen Journals 4tes Stück vom April 1783. Num. V. S. 352—353.

"Eine schreckliche und zugleich rührende Begebenheit veranlasste ein neues und für den Staat wichtiges Gesetz in England. Ein junges Mädchen, daß bey einer wohlhabenden Herrschaft in London diente, wurde von einem schönen Stücke seidenen Stof, welches ihre Frau gekauft hatte, entzückt. In deren Abwesenheit fällt es dem Mädchen ein, noch einmal den Stof zu besehen, und er gefällt der jungen Person so sehr, daß sie sich ein Stück davon abschneidet. Behalten kan sie es nicht; sie verkauft es also, und zwar an ihre Mutter, welche auf Pfänder zu leihen pflegte. Sie bekommt ein Paar Schillinge dafür. Nach einiger Zeit entdeckt sie der Mutter die Sache, welche ihr sagt, daß sie auf dem Wege nach dem Galgen sey, den Gesetzen zu Folge; das einzige Mittel sich zu retten, sey, das Haus durch Diebe bestehlen zu lassen, damit das Stück Stof auf solche Weise ganz wegkäme. Die gottlose Mutter macht selbst Anstalten dazu, und läßt an einem Abend, da die Herrschaft nicht zu Hause ist, das Haus bestehlen, wobey ihre Tochter hilft. Die Sache kommt zur Untersuchung, das Mädchen wird in Verhaft genommen, gesteht ihr Verbrechen und wird hingerichtet. Nach den englischen bisherigen Gesetzen konnte man der Mutter nur eine geringe Strafe geben. Aber dieser Vorfall bewog den Staats Secretair Townshend im Parlamente eine Aenderung des Gesetzes vom Diebstale und ein neues Gesetz zu bewerkstelligen, nach welchem auch der Hehler gleicher Strafe mit dem Diebe schuldig sein soll. Jederman bedauerte die Unglückliche, die von einem so leichten ersten Schritt zu einem gänzlichen Verderben war hingerissen worden — Ein wirkliches Trauerspiel, rührender als viele auf dem Theater der Welt.

(179) Exstat haec PAVLI sententia in *l. 18. §. 9. D. de quaestionibus.*

ciis agitatarum deciſiones in illa ipſa argumentorum gravitate aliquam omnino habent ab elegantia commendationem, quae a caeteris huius generis libellis abeſt, in quibus non adeo ſolet eſſe aliqua elegantiae cura, ut adeo data opera barbarie ſtribligine & obſcuris verbis referti eſſe videantur. Exempla profecto haberi poſſunt elegantiae aptae iis, quae tractaverunt, rerum iudicatarum argumentis, deciſionum & conſiliorum titulo quae noſtra aetate diligentius exararunt atque collegerunt PVETTERVS; DE SELCHOW; EISENHARDT; MEISTERVS ET IOANNES LVDOVICVS SCHMIDT. Horum ſcribendi genus longe abeſt a vulgari ſolita ſcribentium negligentia & a multorum malitia & nimio novandi ſtudio. Similiter in agendo, in dicendo, ſive in omni proceſſu orali, ut dicunt bey der Verhandlung von Mund aus in die Feder, propriae aliquid eſt elegantiae, quae abeſt ab earum rerum, quae cogitatae litteris mandatae ſunt, ſubtilitate & ab inexercitatis temere in dicendo fuſorum negligentia & inelegantia. Sed hic in ſcribendo & in agendo elegantiae, boni atque pulchri accerrimus ſenſus non paratur in ſcholis & libris eorum philoſophorum, qui de rebus ſubinde minutis ſubtiliter ſolent differere, qui, dum multa forſan eruant in diſciplina ſua ante non cogitata & incognita, ita ſeſe in contemplationibus ſubtilibus exercent, ut capiantur illo ſuo ſtudio, inventisque ſuis, ut etiam philoſophiam & ipſum ſcribendi & dicendi genus iis conſentaneum confingant, in inventorum numero collocandi atque caeteris, qui res dudum cognitas bene & eleganter explicant, ſi ita viſum, longe praeferendi (180). Sed inveniendi tum in diſciplinis, tum in ſermone ſagacitas, quippe quae paucorum plerumque eſt hominum, raro numeroſam

(180) cf. IOANNIS NICOLAI TETENS collegae honoratiſſimi philoſophiſche Verſuche über die menſchliche Natur und ihre Entwickelung. Leipzig 1777.

habet ſobolem & anguſtis admodum coercetur finibus. Latius omnino patet vis illius elegantiae philoſophicae, cuius ope & luce illa inventio ipſa indiget, ut ſit innoxia & uberior ad uſus humanos, quae totas artes & diſciplinas complectitur, quae ad uſum copioſior omnibus pariter docendo & delectando inſerviens ſermones & dicta hominum perſequitur, atque exemplo contagionis fere inſtar ad alios tranſire ſolet. Qnicunque ideo hunc elegantiae ſenſum in agendo & ſcribendo acuere & hac in re omnia ad veram ſapientiae ſive prudentiae popularis normam dirigere velit ſe mature & ſtudioſe conferat, autor ſum, in ſcholam philoſophorum popularium, poetarum, hiſtoricorum, quo quod ad hiſtoriam patriam merito referendus collega coniunctiſſimus ERNESTVS WILHELMVS CHRISTIANI, qui commentariis ſuis hiſtoricis utile cum dulci optime coniunxit; oratorum & aliorum qui gentem noſtram ſermonis pariter ac vera & populari ſapientia illuſtrant. Quis neſcit, iſti ſapientes & philoſophi utpote GELLERT, RABENER, SALOMON GESNER & alii, quos recenſere longa eſſet mora, quicquid ſibi tractandum & litteris explicandum ſumſerint proprium elegantiae exquiſitae habere characterem ſub eorumque calamis etiam tenues natura ſua & horridas res niteſcere? Item & hoc inter alia collegae coniunctiſſimi CHRISTIANI CAJI LAVRENTII HIRSCHFELDT admirandum bonum eſt eo amabilius, quod non ſolum ſcripta illius omnia ſingulari gratia elegantiae ſenſum acuunt atque alunt, ſed & propterea, quod eiusdem elegantiae ſenſu & amore alios imbuere didicit, & quicunque ſe ad eius diſciplinam applicant & conſuetudinem, ad ſuum elegantiae exemplum conformat.

Arbitramur VOS intelligere, CIVES, quo ſpectet haec diſputatio noſtra, quam longiorem non ſinunt inſtituti & rei ipſius ratio-

rationes. Cupimus animas VESTRAS imbuere ſenſu atque amore PHILOSOPHIAE POPVLARIS, quippe qua vera continetur ſapientia, quae imperii munimenta, aulae praeſidia ſuppeditat, utilitatem atque ſalutem publicam aeque ac privatam confirmat. Haec ſane illa eſt virtutum regina, de qua cecinit CLAVDIANVS (181).

Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſolaque late
Fortunae ſecura nitet, nec faſtibus ullis
Erigitur, plauſuve petit clareſcere vulgi.
Nil opis externae cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animoſa ſuis, immotaque cunctis,
Caſibus ex alta mortalia deſpicit arce.

Iam quantam, quam perennem laetitiae publicae & privatae materiam conciliet pulcherrimus litterarum elegantiorum, quas luſtravimus, chorus, quantum gloriae ad poſteros manſurae, quantum publicae utilitatis vix ulla poterit aſſequi oratio. Neque enim credibile eſt, privatum parentem, in cuius vita & ſpiritu eſt totum liberorum patrimonium, magis ſuis carum eſſe, quam non ſimulatione officii ſed pietatis integerrima veritate cives proſequantur neceſſe erit memoriam talium principum, eorumque miniſtrorum & iudicum, quorum pectora non tam naturae ipſius rara bonitas, quam potius indefeſſum univerſae philoſophiae popularis ſtudium ad rectum ſingularis pietatis, indulgentiae, aequitatis & humanitatis ſenſum percipiendum emolliverunt. Ecquis, cui rem publicam aliquam gerere datum eſt, in malorum forſan concurſu & periculorum dolore maius ſane curarum & luctus lenimentum habere poterit, quam hanc domeſticae felicitatis philoſophiae popularis beneficio conſtitutae cogita-

 tionem

(181) de conſulatu FL. MALLII THEODOSII V. C. Num. XVII. pag. 201. editionis Gesnerianae.

tionem vel solatii causa petitam vel sponte oblatam? Hoc unicum est artificium, quo efficitur, ut verissime de talibus patriae ocellis dici possit, quod VELLEIVS de METELLO dixit; *magis feliciter de vita migrare, quam mori.* Nam talis pia fato suo functa anima cives eam lubenter retracturos & vivere coacturos fugiens discedet in beatas sedes recipienda inter ordines magnarum animarum, quae de genere humano bene merendo exquisitius aliquod felicitatis genus sibi paraverunt; & ingressa eorum consessum, quos in vita foverat & ut fata secure & feliciter possent implere cura sua providerat, quique eam iam morte anteverterant, laetis acclamationibus excipietur — Nec unquam de his hac ratione de genere humano optime meritis fracto corpore placida morte defungentibus dici poterit, quod de aliis cupiditatibus suis fessis, obrutis & oppressis

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

At ita tandem, quantum scilicet ad rem praesentem videbatur, fidem eius, quod proposui, VOBIS, CIVES, me feciſſe arbitror; atque ipsis rerum argumentis probasse, quanquam in addiscendis animoque comprehendendis iuris disciplinis diligentia & memoria ducant familiam, cum iurisprudentia in historia potissimum eorum, quae publice sancita, vel interpretando inducta sunt, consistat: attamen doctrinam nostram non aliter vim suam rite explicare, nec ei data occasione recte utendi peritiam accedere, nisi sano, exacto, distincto iudicio, sive philosophia populari, qua universa subigantur suisque locis accommodentur. Cuius philosophiae praesidiis qui satis est instructus in ipsa THEMIDIS sacra aliquando facili penetrare poterit negotio. Sed qui hac via regia pervenire cupit ad rerum in vita civili utilissimarum scientiam acquirendam, doctrinam nempe elegantem, amoenam, puram, fecis, maculisque purgatam, ei profecto haud sufficiet, ut tantum

insti-

institutionum & pandectarum compendia utcunque cognoverit, unde alias elementa utilissimae doctrinae repeti solent; sed is demum perfectus poterit vocari ICtus, qui philosophiae popularis ductu totum quasi chorum illarum disciplinarum noverit, uniuscuiusque bona sciat, in eorum venerit communionem, & hinc & ipse, quae opus olim forsan habeat, sumere, & aliis possit impertire. Etenim nemo, qui non hac, quam descripsi, ratione animo & memoria ius universum fuerit complexus, & omnia prudentiae civilis vireta lustraverit, locum in iurisprudentia principem tenere potest; neque in docendo, agendo & respondendo accurate & perfecte versari. Impossibile prorsus erit de rebus feudalibus, ecclesiasticis, politicis & aliis ad rem nostram pertinentibus recte iudicare, nisi quis harum disciplinarum singularium fontes & scaturigines limpidissimas adeat, indeque inventa & praecepta philosophiae popularis ope hauriat. Non tantum de rebus ad edictum PRAETORVM pertinentibus, de constitutionibus imperatorum Romanorum & de prudentum veteris aevi consiliis nobis iudicandum est, sed & de institutis ROMANIS plane ignotis, & de omnibus rebus ad vitam & prudentiam civilem ullo modo pertinentibus, tam gravibus, tam minutis. Et habemus, quae nostri aevi est felicitas, tales ICtos, qui iter ad artis nostrae culmen eleganter exornent, & egregiis libellis etiam res minutas ad rem nostram pertinentes expoliverunt nihilque intactum reliquerunt, quod philosophia populari possit illustrari. Pertinent huc utilissimi libelli, quos GEORGIVS FRIEDERICVS MÜLLER nuper conscripsit de chartae signatae & stampillaram iure, itemque de iure fumariorum (182),

(182) Georg Friederich Müller Königl. Preußischen Kriegs und Domainen-Raths Stempel Recht ꝛc. oder Betrachtung über die Stempeln ꝛc. Halle 1778. Desselben Juristische- Historische- und Policey-Ergötzlichkeiten von Schorsteinen und Schorsteinfegern, auch Feuer-Ordnungen, Feuer-Societäten und Feuer-Cassen. Halle 1781

in quibus nihil sane intactum reliquit, quod pertinere possit ad aptam & accuratam decisionem controversiarum & quaestionum, quae his de rebus subnasci possint. Cum multa & varia bona habere potest quaeque eruditio; & alii laudant merito magnarum rerum scientiam; alii praedicant subtilem doctrinam; alii copiosam admirantur & variam; equidem nihil magis probo in omni scientia, tum praecipue in hac nostra iustitiae & aequitatis disciplina, quam si sit accurata, promta & certa (183). Et haec est illa sola, quae ex ipsis legum fontibus est deducta, non ex lutulentis compendiorum rivulis; quae non solum delibavit leviter institutionum & digestorum prima principia, sed quae severe & diligenter est exacta ad disciplinae cuiusque legitimae leges, tota denique directa ad certam aliquam normam, ut nusquam aberret, vacillet, & incertis vagetur regionibus, sed semper potius putet, quod spectandum, sequendum, fugiendum sit. Nam si unquam omnes disciplinae teste CICERONE commune inter se quoddam habent vinculum; nullae certe magis ipsa natura sunt coniunctae & communi humanitatis vinculo copulatae, quam illae, quarum chorus perfectam demum constituit iurisprudentiam. Omnes enim disciplinas ad rem nostram pertinentes circulo perpetuo quasi comprehendi, & unam sine aliis omnibus perfecte scilicet & accurate nullo modo posse intelligi & applicari ad negotia vitae civilis optime evicerunt duumviri illi IOANNES STEPHANVS PVETTERVS & AVGVSTVS FRIEDERICVS SCHOTT in egregiis libellis, quos de encyclopaedia & methodologia iuris composuerunt, quorum repetita lectio omnibus enixe est commendanda, qui immensum iurisprudentiae campum & illius disciplinarum chorum penitus cognoscere & perlustrare velint. Nec sufficit leviter has disciplinas

(183) Oratio mea de causis iuris incerti; Kiliae 1776.

plinas cognoscere. Profecto nemo vere doctus in hoc nostro genere existimari poterit, nisi qui singularum harum disciplinarum nostrarum arva accurate pererraverit regia philosophiae popularis, quam commendavimus, via, caeteris viciniis omnibus longe posthabitis (184). Is demum cuilibet rei sua propria assignare poterit principia, singulasque iurium species accurate distinguere & separare alienus ab eorum infausto instituto, qui non tantum iuris Romani genera, civile, praetoreum, constitutiones CAESARVM, quanquam in libris nostris ab antiquis prudentibus & imperatoribus probe distinguantur, verum etiam Canonicum, Feudale, Germanicum antiquum & hodiernum inter se misere commiscent non dispari modo, ac si quis bonos quidem singulos, sed diversae virtutis, cibos, dulces, amaros, salsos, aridos, duros, molles, eadem in olla simul concoqueret & eadem in patina apponeret; vel si quis pictor plura plane diversa in una eademque tabula copularet, talemque exhiberet tabulam, qualem salse deridet HORATIVS. Satis constat quam graviter vetus disciplinae nostrae schola hac in re peccaverit & BOECKELMANNVS superioris saeculi ICtus optimo sane jure conquestus est: *Certe rari sunt, qui artem hanc, qua decet, arte docent — sic factum est, ut multi non tantum negarint, ius ullam in artis speciem redigi posse, sed et vulgo persuasum sit, neminem huic discendae aptum, nisi cui severa lege proficere volupe, cuique ferreum sit caput, rebus gravissimis plurimis, quae perferendis et plumbeum corpus perpetuis lucubrationibus par, denique saccus auri plenus.* Verum utinam risu & ioco digna opinio illa esset solummodo! At, quod dolendum, nulla alia res aptior est simul ad inducendas ingentes confusiones praecipue in iuvenum animis, qui dum iuris universi principia sese intelligere opinentur, nullius tamen iuris-

(184) Oratio nostra de causis iuris incerti p. 23.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0097
DFG

iurisprudentiae partis fundamenta rite, accurate & perfecte percipiunt. Inde evenit, ut multi militiam togatam sive vitam civilem ingressi timere debeant consulentium curiositatem, cum vereantur, ne aut omnino nihil respondendo, aut differendo responsum aperiant tenuitatem scientiae, aut ut debilitentur & angantur conscientia imperfectae scientiae, quae semper se iudiciis suis prodit, nec ita occultari potest, ut non multa sui praebeat vestigia. Alii autem ita ad sensum inscitiae obdurant, ut, quanto minus rem, de qua disputare debeant, accurate intelligant, tanto confidentius in iudicando versentur, & scientiae vicariam assumant impudentiam sive arrogantiam, cuius possessio est beatissima in ignorantia — Ab hac deformi rerum & iurium perturbatione liberare potest unica philosophiae popularis disciplina, ut egregie observat IOANNES FRIEDERICVS CHRISTIANVS MEISTER (185), ex cuius purissimis fontibus teste CICE-

(185) In seiner Abhandlung über das Juristische Studium besonders auf Academien. Berlin und Stralsund 1780 S. 15.

In dem grossen Reich der Gelehrsamkeit behauptet die Jurisprudenz eine ehrenvolle Stelle. Die Zeiten sind vorbey, wo ein eiserners Gedächtniß und eine bleiartige Sitzkraft für die karakteristischen Züge eines Juristen verkauft wurden. Freilich wandeln noch finstre Köpfe in unsrer Mitte, die in dem reichen Schatz ihres Gedächtnisses, bestehend in nicht verstandenen Gesetzen, zusammengerafften Fällen ohne Wahl — ohne Fähigkeit sie auf das Allgemeine anwendbar zu machen, und in nachgebeteten Formularen das Wesentliche unsrer Wissenschaft setzen. Freilich giebt es noch ausser uns gelehrte Pedanten, die mit einem stolzen Lächeln auf die Jurisprudenz, als eine kleinfügige Schreiberkenntniß herabsehen, und man ist, leider! auf den unglücklichen Gedanken gekommen, Jünglinge ohne Sprachkenntniß und Schulwissenschaft auf das freigebigste den Rechten zu widmen, aus dem herrlichen Grund, weil der Richterstuhl den Schulstaub von ausgestorbenen Sprachen, und spekulativen Wissenschaften noch weniger vermißte, als Kanzel und Krankenstube. Aber wo ein gesundes Auge ist, das sich weder durch Selbstsüchtelei, noch durch den Nebel der Ignoranz muthwillig verschließt: da ist das schwesterliche Band sichtbar, in welchem die Rechtswissenschaft mit den vorzüglichsten Kenntnissen der Menschheit steht.

Was Cicero in seinem Buch von den Gesetzen ohngefähr behauptet,

"daß die Jurisprudenz nicht blos aus dem
"Buchstaben der Gesetze, sondern aus den
"Tiefen der Philosophie herzuhohlen sey,

CICERONE iurisprudentia masçula & non fucata unice est petenda. Quod alias academias utpote nominatim GEORGIAM AVGVSTAM, quae GOETTINGAE floret, & celebrem illam LIPSIENSEM liberatas videamus barbariei disciplina & illa deformi iurium perturbatione viris illis eximiis debetur, qui ibi iter ad artis nostrae culmen philosophia populari non tantum expoliunt, sed & egregie muniunt. Olim & haec laus iure quodam proprio competebat GALLIAE nutrici ingeniorum foecundissimae. Venit etiam pridem in huius gloriae possessionem BELGICA, quae praeclaros iurisprudentiae ex philosophiae popularis sapientia illustrandae praecones protulit. Sed & GERMANIA, quae nostri saeculi est felicitas, alit viros eximios, qui illos iurisprudentiae philosophicae duces strenue secuti ad famae immortalitatem iter sibi paraverunt. Quorum exempla imitari, CIVES CARISSIMI, non tantum laudabile esse existimamus; at etiam plurima recte ab iis tradita & exposita fas est propius contemplare, plenius intelligere priorumque repertis aliquid philosophiae & humanitatis ope superaddere. Atque in magna felicitatis parte ponendum semper sum arbitratus, si faciliorem huius itineris decursum VOBIS ulla ratione efficere possim & in hac quoque Musarum Cimbricarum sede ab oblivione vindicare veritatem istam, saeculorum usu ex

exem-

das ist mein Glaubensbekenntniß, dem ich mit mehr Theilnehmung meinen Namen unterzeichne, als manche Theologen unsres Zeitalters ihren symbolischen Büchern.

So lang unser Verstand nicht zu einem zusammenhängenden, gründlichen Denken gewöhnt ist — die erste und herrlichste Frucht, die die Philosophie gewährt! — so lang ist unser Blick zu stumpf für das harmonische Gebäude, das aus den rechtlichen Wahrheiten aufgeführt wird. So lange die Kunst, nach Gründen zu spähen, nicht durch Regeln und Uebung bearbeitet ist, so lang wage es keiner Gesetze erklären zu wollen. So lang unser Beobachtungsvermögen nicht durch Philosophie entwickelt, geläutert und geschärft ist; so lange sind unsre Bestrebungen die praktische Urtheilskraft mit Erfahrungen zu bereichern, ein Spielwerk, eine übel geordnete und kindische Kollektaneen-Masse.

exemplorum fide satis confirmatam; patriae, regimini, iudiciis, academiae, foro utilissimam esse philosophiae & sanae rationis disciplinam, & ad ornandas eas, quae cuique in republica obvenerint, partes, rem aptissimam esse ILLAM POPVLAREM PHILOSOPHIAM.

Iam veniam pro laude peto: laudatus abunde,
Non fastiditus si TIBI, LECTOR, *ero.*

* * *

Huius sapientiae sive philosophiae popularis laudabile studium etiam inter alia virtutis documenta spectavit ORDO NOSTER AMPLISSIMVS, cum iudicio atque decreto suo mihi tribueret facultatem iurium doctoris privilegia conferendi viro amplissimo & doctissimo IOANNI MARTINO KOESTER Wismarienſi & in urbe patria senatori consultissimo. Scilicet amicus noster, quem vobis, AVDITORES EXCELLENTISSIMI, HONORATISSIMI, proponimus ac commendamus, non is est, qui aut nostra, aut ullius adhortatione vel laude indigeat. Etenim pietatem suam in virtutem, amorem litterarum omnium bonarum, patientiam in labore, constantiam in consiliis rectis tum diligentia, qua res suas in alma GEORGIA AVGVSTA praeclare gessit, tum religione, qua in strepitu forensi SVERINI causas oravit & patrocinia suscepit; tum fide, qua patriae civitatis rebus publicis & privatis profuit, tum itineribus litterariis, quae ad patriae & popularis sapientiae usum instituit, ita nimis probavit atque exhibuit, quam ut de prolixa illius voluntate bene de iurisprudentiae schola, de religione, de bonis litteris sive de philosophia populari merendi dubitare ullo modo possimus. Testatus quoque est felices in iure profectus tum per solemne non minus examen, quam doctis ad iuris utriusque capita commentationibus, ac thesium, quae in manibus sunt, electione & defen-

defensione, quae, cum ex intimis artis nostrae capitibus sunt depromtae, omnino arguunt autorem universae iurisprudentiae perfectae & accuratae sacris probe initiatum. Suscipe ergo, SENATOR AMPLISSIME, munus de iure scilicet publice respondendi, quod, ut HADRIANVS imperator recte rescripsit, *non solum peti debet, sed et praestari* (186). Hoc TIBI nunc a me in hac solemni panegyri mandatur, idque e consilio atque voluntate collegii nostri atque e spe nostra, hoc est e gloria Dei, salute atque utilitate reipublicae gere, & administra. Hanc ob causam adi procancellarium nostrum virum perillustrem, summe reverendum, doctissimum IOANNEM ANDREAM CRAMER, S. S. Theologiae doctorem eiusque professorem primarium, cui permissum est a REGE AVGVSTISSIMO potentissimo brabeutae legitime constituto tribuere potestatem decreta ordinum nostrorum de summis honoribus dignis candidatis impertiendis publice & hoc solemni loco proclamare.

Absoluto hoc beneficio adhuc vinciendus est animus iurisiurandi religione, ut acquisita doctrina perpetuo in civium salutem solerter & provide uti velis. Namque ille est scientiarum genius, ut saepenumero in noxam humani generis, cuius incolumitati erat prospiciendum, soleant degenerare; adeoque inter eandem rem vel utilem vel nocentem sola intercedat diversa voluntatis propensio. Proinde, Vir AMPLISSIME pondera singula formulae sacrae verba, sceptris academicis digitos admove, & summi numinis, quod promissorum imploras testem, iustam habe reverentiam.

Formula iurisiurandi:

Ne ergo dignissimi candidati spei longior a me sit mora; primum quod felix, faustum, fortunatumque sit TIBI, SENATOR AMPLISSIME, academiae nostrae, nostro ICtorum ordini, &

 univer-

(186) L. 2. §. 47. D. de O. I.

universae rei litterarum publicae, auspiciis IOSEPHI SECVNDI AVGVSTISSIMI GERMANORVM IMPERATORIS SEMPER AVGVSTI; iussu atque indultu MAGNIFICENTISSIMI ACADEMIAE HVIVS RECTORIS, AVGVSTISSIMI, POTENTISSIMI, SERENISSIMI REGIS AC DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI, CHRISTIANI SEPTIMI REGIS DANIAE, NORVEGIAE, VANDALORVM ET GOTHORVM SVPREMI DVCIS SLESWICI, DVCIS HOLSATIAE, STORMARIAE, DITHMARSIAE; COMITIS OLDENBVRGI ET DELMENHORSTI ETC. ETC.

Ego IOANNES DIETERICVS MELLMANN, iuris utriusque doctor legitime promotus in regia Academia Danico-Cimbrica Kilonienſi iurium profeſſor publicus ordinarius, ordinis ICtorum, cuius praeſcitu haec peraguntur, decanus & ad hunc actum autoritate regia conſtitutus brabeuta TE, IOANNEM MARTINVM KOESTER SENATOREM WISMARIENSEM more maiorum IVRIS VTRIVSQVE DOCTOREM creo, renuncio, edico atque renunciatum publica voce hoc ſolemni loco proclamo & doctorem iurium TE ab omnibus haberi, agnoſci, & ſalutari pro poteſtate mihi conceſſa volo atque iubeo; ſimulque facultatem docendi, & de iure reſpondendi, nec non omnia, quibus noſtri doctores aliarum GERMANIAE academiarum fruuntur, iura, privilegia, honores & immunitates in hac panegyri TIBI confirmo; largiens tibi haec in nomine DEI VNIVS ET AETERNI PATRIS, FILII ET SPIRITVS SANCTI.

Accede iam ad hanc, quam & ipſe teneo, cathedram ſuperiorem, & meo lateri TE iunge, ubi in iurium & dignitatis noſtrae conſortium TE admittam, AMPLISSIME ET CLARISSIME DOCTOR, quo nomine inter omnes primus TE appello. Salve in hac cathedra primum conſtitute & eruditione, virtute, & ſapientia civili ſive philoſophia populari hunc locum orna, a

quo

quo excluduntur, qui metuunt publicae cenſurae lucem. Scito omnium oculis te eſſe expoſitum, ſive docere, ſive alia ingenii ſpecimina edere aggrediaris; memento te latere non amplius, ſed meditationum & factorum habere iudices oculatos ſaepe auſteros; atque hanc ſedem induſtriae & laboris, quae nunc te ornat, poſthaec a TE viciſſim eſſe ornandam. — Expectant TE purpura & annulus & alia, prima ſpecie quidem levia, ſed ſeria admodum propterea quod rem graviſſimam, nimirum officiorum praecipua momenta certis ſymbolis ab antiquitate ſapienter conſtitutis arguunt. His priſcis traditisque caeremoniis collatos honores obſigno & primo purpureum capiti TVO impono pileum dignitatis & libertatis indicem. Indecens multis & inurbanum videri poſſit in tam illuſtri concione pileo tegi. Sed haec eſt facies eruditae libertatis legibus aſſerta, quae ſaepe in veritatis patrocinio aliquid exercere videtur. Haud indecens viſum eſt, cum NERONE mortuo plebs Romana univerſa pileis tecta exſultaret. Quidni nobis magis etiam ingenuis conveniat teſtari hoc ſymbolo excuſſum ignorantiae iugum, eoque publice gloriari? Obverſa fronte & capite pileato obluctandum eſt erroribus, cuiuscunque illi ſint autoritatis; libere defendenda eſt veritas a quibuscunque oppreſſa eiurato ſervili ſectarum ſtudio. Olim pileus erat inſigne MERCVRII deorum interpretis, cui linguis ſacra fiebant, quia facundiae deus erat. Age ideo ut ſapientiae civilis interpres difertum & facundum TE exhibe; ac quoties animi ſunt ſumendi & in veritatis & philoſophiae popularis praeſidium maſcule agendum erit, pilei tui, tanquam Caeſarei privilegii memento. Dextram praebe, ut annulo ornem in ſignum nobilitatis & communionis, in quam veneris, iurisprudentiae atque iuſtitiae; & fidei, quam incorruptam arti legitimae promittis. Sed ſicuti ſine fortitudinis animo fruſtra

ſtra militi gladius in manibus eſt; ſic fruſtra hoc fidei & nobilitatis inſigne geſtabis nisi animo inſit iſta nobilitas, quae ſapere audeat & ſeſe eripere tyrannidi erroris, ſuperbiae & totius cupiditatum cohortis. At huius nobilitatis & civilis fortitudinis autores prudentes & adiutores fidos habebis multos, modo audire & conſulere velis viros doctos & ſapientes, qui per libros nobiscum colloqui non recuſarunt. Itaque TIBI aperio librum. Manibus tere veterum & recentiorum ſcripta & tam amplam eruditionis hereditatem adire ne recuſa. Haud militi magis neceſſaria ſunt arma, quam eruditis libri, quos evolvere in arduis cauſis, & ad uſum praeſentis aevi transferre ſtudiorum compendium eſt. Sed iterum & clauſum hunc reſpice librum. Semipultae torpent reliquae animi vires, ſi ſoli librorum inhaereas lectioni. Potius utare honeſta & ſalutari philoſophica nimirum libertate in iudicando, ut nihil probes, nisi quod ipſe diligenter expendendo & ſubacta meditatione verum, iuſtum, utile & decorum iudicaveris; modeſte tamen & ſine arrogantia; qua in re conſiſtit una vera & digna doctore iuris libertas. His omnibus addo oſculum & amplexum familiarem. Uno decurrimus tramite; una nobis bene merendi via eſt; una regula, ſalus nimirum civium & reipublicae, quae nobis eſt demandata. Coniungamus manum, operam & conſilia, ut ſcopo noſtro recte potiamur; ut gloriam ſapientiae civilis tueamur: nulla nos perditorum officiorum recordatio, nulla ingratorum hominum iniuriae, quamvis ſint graviſſimae, ab hoc tramite regio agant transverſos. Quam plena ſolatii res eſt, multorum demereri gratiam, offendere neminem, ſucurrere publicae utilitati! Hiſce peractis cum diſcedendum mihi e cathedra eſt iterum TIBI gratulor. LAETI SINT CONSILIORVM TVORVM SVCCESSVS; LAETI OMINIS ACTA HODIERNI DIEI!

Errata.

p. 3. l. 26. lege pulcherrimis.
p. 6. l. 18. lege ARTEMQVE.
p. 19. l. 5. lege en tant.
p. 21. l. 19. lege LIMNAEVS.
p. 23. not. 38. lege τὼ.
p. 28. l. lege BRENCKENHOFF.
p. 29. l. 16. lege verſare.
p. 30. l. 27. lege Quid? quod.
p. 44. l. 28. lege repetitae.
p. 85. l. ult. lege ſtampillarum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0105
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0108
DFG

dum est ad solennitatem, cujus causa haec omnia
int. Sapienti et liberali consilio D. CAROLUS
JS, MAGNUS DUX BADARUM, DUX ZARINGIAE, etc.
ex universo literarum ambitu depromptas commi-
gulis annis eaque lege proponi jussit, ut, qui de quaque
optime disseruisset, die natali SUA praemio publice af-
uae quidem dies eo gratior atque solennior hoc anno
, quo plura et insigniora essent beneficia a CAROLO,
AUGUSTISSIMO, RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICEN-
Academiam per hunc annum collata, quorum me-
colere quaeque publice praedicare animus juberet.
stetit solum Academia *Principis* voluntate et patro-
atque incolumis, sed etiam nova incrementa cepit
collegium doctorum adscitis. Neque hoc solum
sed etiam, PRINCIPIS AUGUSTISSIMI munificentia
reditibus iisque quartam dotis suae partem superan-
perpetuum aucta est. Itaque nullo unquam tempore
m istam, neque ominibus faustioribus, neque animis
quam hoc ipso anno, celebravimus.

the scale towards document
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 0111
Patch Reference numbers on UTT
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11 10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003463541/phys_0109
DFG